

73

11789

Rara







CMS

01
100

48|73|117 89(x)

Ioannis Caselli
opuscula varii Argumenti, imprimis philo-
sophici.

9. folio

Cobb

IOAN. CASELI
AD IVLIVM IAGMAN

48/73/11789 (X)

1 an: Caselius, Johannes: Ad Davidem Hilchenium
ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ 1604

2 an: Caselius, Johannes: *ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ IN ΒΑΣΑΝΙΕΘΝ*
Themistrii 1606

3 an: Caselius, Johannes: *ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ. sub dies*
festos Paschaotis 1603

4 an: Caselius, Johannes: Ad Guilelmum Henricum
Cranichfeldium... epistola. 1594

5 an: Caselius, Johannes: Ad Guilelmum Henricum
Cranichfeldium epistola wagaretixy. 1592

6 an: Caselius, Johannes: Ad Ernestum a Steinberg
in Bodenburg epistola... 1606.

7 an: Caselius, Johannes: Ad Henricum-Julium
Jagman ... epistola... 1609.

8 an: Caselius, Johannes: Ad Ludolphem Klencken
~~epistola...~~ 1609.

9 an: Caselius, Johannes: Ad Ioan. Reccium
epistola... 1610.

10 an: Vituperatio philosophiae ex Gorgia
Platonis. 1587.


✓ 11 an: Galeni aureolus libellus... 1592.

? 12 an: *ΔΙΩΝΟΣ* 1589.

co 13 an: Cicero, M. T.: Ad T. Atticum liber primus.
Cum prooemio Ioannis Caselii. 1569.



Chita



IOAN. CASELI

AD IVLIVM IAGMAN.

EPISTOLA.

Obiter de modestia,
Nonnulla de studio dicendi,
Vtilia de lectione historiæ.

LECTORI.

Nil vetat esse alijs, vni quod scribimus, vsui.
Nec quid enim, cui nos volumus, decedit amico:
Hic etiam faueat tibi, quem ditauerit a me.
Sic quoq; prateriens, foris e fragrantibus horris,
Inuidiam citra, letos capabit odores,
Et sibi gaudebit dominus tam nobilis horti.
Quare age fidenter, quas vis, quasi sepe reuulsa,
Carpe tibi dulces in apricis collibus unas.



HELMAESTADI,

In acad. Iulia excudebat Iacobus Lucius.

cI cI cx.

De dignitate & utilitate historiæ.

THucyrides air iσορίαν ἔναν πτῆμα ἔσοι, ac si dicas esse quasi perpetuum thesaurum, tūm quod eo memoria rerum gestarum custodiatur, tūm quod ijs, que gesta sunt, erudiantur ad futura anni, quando similia in vitam mortaliū identidem incident.

Polybius - μηδεμία ἐποιμοτέχαι ἔναν τοῖς ἀνθεώποις διόρθων τῆς τῶν περιγεγνημάτων περίξεων θετικόν, - scientia rerum gestarum nullam esse promptiorem emendanda vita mortalium.

Idēm - Φάσκοντες ἀληθινωτέλω μὴ ἔναν παιδεῖαν ηγή γυμνασίαν περὶ τὰς πολιτικὰς περίξεις τῷ ἐπ τῆς iσορίας μάθησιν ἀναργεστέλω ἢ ηγή μόνις διδάσκαλον τὸ διώδει τὰς τῆς τύχης μεταβολας φρονίας περιφέρειν, τῷ τῶν αἰλοτέρων περιπτερῶν θετικόν, - affirmant, doctrinam, quaē capitūr ex historia, disciplinam & exercitacionem esse ad negotia ciuilia, & commemorationem alienorum causum esse presentissimam & solam magistratam, ut fortuna & vici situdines generoso animo toleremus.

Idēm. ὅπ iσορία μεγίση θέτι πιναρέja κονηή ηγή ιδίᾳ, historiam esse publicè & priuatim maximè presidio.

Diodorus Siculus. iσορία περιφέρεις δὲ τῆς ἀληθείας, sacra interpres veritatis est, non solum quod refert, quae reuera gesta sunt, sed etiam quae vera, recta, iusta & salutaria sunt.

Strabo scribit, iσορία περιφέρεια σχέσιμα ἔναν εἰς τῷ ιδίῳ πολιτικῷ Φιλοσοφίᾳ: commentationes historicas ad moralē & ciuilem philosophiam τοῦτο esse.

Cicero. Historia testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nutria veritatis.

Sallustius. Ex his negotiis, que ingenio excentur, in primis magno usui est memoria rerum gestarum. Nam sapere audiui ego praelatos viros nostrę ciuitatis solitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementissime animum sibi ad virtutem accendi, scilicet non ceram illam, neq; figuram, tantam vim in se habere, sed memoria rerum gestarum eam flamman egregijs viris in pectore crescere neq; prius sedari, quam virtus eorum famam atq; gloriam adequauerit.

48/73/11789 (X)

15 FVR
IOAN. CASELIUS
JVLIO JAGMAN. JOANNIS
CANCELLARII BRVNSVIG. F.
iuneni nobilissimo in Hardeffen, Göt-
tingen & VVernroda
S. D.

QVoties est mittendi commoditas,
aut scribo, et si paucis, aut mitto,
quæ legas, ab ætate & conditione
& studijs tuis non aliena: fateor au-
tem, neq; sic satis à me tibi fieri, vt
tu optes, & ego debeam: tu verò mihi ignoscas:
nouisti enim rationem ætatis & valetudinis
meæ, ne quid dicam de alijs scriptionibus. Hæ
enim, & rariores, quam olim erant, sunt hodie
occupationes meæ. Cum autem tuarum quæ-
dam capita relicta à me hactenus habeam in
memoria, alia non meminerim, inspicio fasci-
culum. Plures enim dedisti ab autumno, quod
est argumentum non solum tuæ in me beneuo-
lentiæ, sed diligentia, quam ponis in litterarum
studijs, quod etiam præ te fers: vbi ostendis te

meorum monitorum & disciplinæ Io. Peparini
memorem, & vtriq; multum debere profiteris.
Voluerat Cl. pater tuus (id erat anno abhinc de-
cimo tertio) & te, & fratrem tuum Ioanneum Er-
nestum, educari prima illa vestra ætate domi
mæ, in consuetudine plurium æqualium, qui
colerent litteras, vt animos doctrina imbuerent,
& vitam instruerent, cum elegantia morum,
tum modestia: quam virtutum aliquod princi-
pium, quasiq; fundamentū iudicaremus. Cum
enim modum determinet actionib; adolescen-
tis ætatis, ad virtutem viam sternere recte dici
existimabitur: primum enim, locum petulantiae
non dat: alterum est, quod in primis vitam sic-
cam, vt cum comico loquar, præcipit, quæ Græ-
cis dicitur *σωφερον*: quam ad proximum parietem
pietatis domum habere cecinit olim Critias,
quo carmine carpebat reliquæ Græciæ bibaci-
tatem, sobrietatem Laconum prædicans, in bo-
na valetudine finem, hilaritatem limitem con-
uiuij statuentium. Hunc enim qui migret, nihil
de rebus diuinis, vix aliquid de litteris cogitet.
Meminere familiares me dicere, Musas non vi-
neam habitatum concessisse, neque factum ea-
rum

rum præsidem Dionysum : sed poëtas eos iussis-
se hortos incolere & ambulare ad scaturigines
fontium: sed mitto iam fabulas, quamuis erudi-
tas & teneris semper aliquid intelligentiæ feren-
tes. Tum igitur, quod ad vos, bene se habebant
vtriusq; rei principia : nec erat quod in te fratre-
ue tuo desiderarem: quo nomine non solum vo-
bis & patri vestro, sed mihi etiam gratulabar:
vobis, quibus bene vellem: mihi, vt qui occasio-
nem de vobis bene merendi nactus fuisset, atq;
occasionem grati mei animi probandi vestro
patri, & meo & publico nomine. Cum enim
ipsi essent cordi res academicæ, tūm me ita dili-
gebat, vt de meis rebus & me audiret, & sæpè
ex me quæreret. Quare mirificè cupiebam i-
psum confirmare in illa erga me benevolentia,
cum simul magni viri beneficentiam honesta
ratione prouocarem, qui plurimūm ob digni-
tatem, quam gerebat, auctoritate apud proce-
res valebat, & apud ipsum principem. Sed o-
mnia hēc turbabat pauculis mensibus, siue plus-
culis diebus publica calamitas. Irrepserat huc
fortè contagium pestilens, quod serperet etiam
latius: quo factum est, vt & Holsatiæ princeps

Ioannes, Frid. III. regis Daniæ F. qui & ipse re-
cens venerat, vt de exemplo fratris Hulderici in
acad. Iulia studia litterarum coleret, hinc se
commoueret in vicinam arcem Schoeningam,
cui & ibi præstò esse iubebar, vt & antè hic ipsi-
us fratri præsto, quasiq; unus de familia fueram.
Pater autem vos itinere diei vterius in montes
Hercynios transferebat, iubens vnà vobiscum
esse filium meum: quod, vti erat, habui in sin-
gulari beneficio. Ita educationis vestræ ratione,
nouum de vobis consilium pater pro re nata ca-
piens, non solùm quid ipse sentirem, exquire-
bat, sed flagitabat eruditum & prudentem iu-
uenem, cuius industria in vobis ad officium
educandis, quocunque iretis, rectè vteretur:
ostendi Ioannem Peparinum, qui etsi se ad
studium legum de paterno exemplo, etiam de
consilio Alberti Clampij, cuius auctoritatem,
vt cognati & viri Cl. rectè sequeretur, applicue-
rat, tamen nullam partem studij sapientiæ ne-
glexerat, & plerasq; excoluerat, cum & ingenio
acri esset, & quod aggressus fuisset, ageret, quan-
ta diligentia par erat. Sic iuuenem spectatæ fi-
dei, nec vulgaris doctrinæ commendaui Cl. pa-
tri

tri vestro, nihilominus ipsum faciens censorem
iudicij mei. Pater cum Peparini & doctrinam
& mores probasset, misit vos domo procul, pri-
mùm in superiorem Germaniam, deinde in
Galliam: cognoui postea sàpè ex ipsius sermo-
nibus, & ex interuallo ex vestris item litteris, o-
mnia rectè geri, & ita se habere, ut ego spem fe-
ceram, & parentes optauerant, & vobis maxi-
mè expediebat. Maiorem autem mihi fidem
faciebat, quòd certò compereram, Ioachimum
Cl. V. Ioachimi F. Götzium vobis àetate maio-
rem, in vestro contubernio magnis passibus
progredi, & adeptum iam modestiæ & doctri-
næ laudem singularem. Quare cum ita de vobis
tùm meritus fuerit communis educator vester,
satis causæ tibi fuit, & gratè facis, neque minus
prudenter (quid enim magis ex re tua?) qui viri
de vobis benè meriti preceptorum te ita memo-
rem ostendas, vt tam ipsi, quam mihi etiamnum
dicto audientem profitearis. Mihi autem du-
plici ratione fidem facis, tùm ipso scriptionis
tanquam telæ filo, tùm earum litterarum stu-
dio, in quibus te totos dies esse scribis, & id abs-
que interpellatoribus, quorum consuetudine
quoti-

quotidie frui fortunatores soletis. Loquuntur enim plures tuæ ad me litteræ, neque non illæ breuiusculæ, quas mihi has ad te exorso, reddidit puer tuus, te legere atq; releggere optimos quosq; scriptores: quod qui non faciunt, ipsi sibi nouum & alienum genus sermonis iuueniunt, atq; etiam confingere necesse habent, quod elegantiūs doctorum nemo probet, siue sensa animi, siue verba, siue compositionem ipsam spe-etes. Rectè te ita quasi manu duxit magister ille: tu ijsdem vestigijs rectè ingressus, perge, quâ cœpisti, donec te perfeceris: hoc autem te obtinuisse putabis, quando ipse tibi placebis, siue satisfacies. Cum fastidio enim & lentè sua probant, qui arti incumbunt sedulò. Neq; nolim, vt quæ passim super ea re notaui, legas. Monendo enim, familiarium alios de alijs docui, quæ cum singulis primum essent vsui, tum præterea alios, si qui attenderent, vel nouis qræceptis erudirent, vel aberrantes corrigerent, vel rectâ ingressos in via retinerent. Puto enim neq; hoc esse de nihilo. Neq; auctor esse desino integræ artis cognoscendæ, deterrens simul ingenia à fætentibus lacumis, quas nuper gloriofa insci-tia è

tia è cænōsis paludibus, secus quām in vrbē
ductib⁹ super eleganter extructis fornici⁹
aquam limpidissimam in usus priuatos & pub-
licos ducebant: hi noui magistri & ingenia de-
ludunt, & nocent publicè. Tuum porrò scri-
bendi studium cum valdè probem, tūm alte-
rum magis probo, quod à libris legum transi-
ens, pluribus etiam horis es in historia. Fac ve-
rò, vt, cum neq; veteres neglexeris, neq; negligas
recentes, semper præter oblectationem spe-
ctans veriorem finem, siue prorsus proprium,
vt prudentior à libris abeas ad res gerendas, siue
priuatas, siue publicas. Traduc istud studium
in philosophiam: neq; fortè aberrat, qui è factis
singularibus, quæ sunt historiæ, illam inter mor-
tales natam suspicetur: quod cum de scientia
ciuili ita prorsus se habeat, de priore, quæ illi
quoq; subiacet, negari non potest. In singulis
enim euentus ostendit, quid benè, quid malè
factum sit, atq; ita omnibus ille, siue pluribus
collectis, id constituendum censeat, quod ve-
rum, rectum, atq; demum felix sit. Lectoris sa-
ni est, hoc modo præsentia metiri è præteritis,
vt de eorum, quæ gerenda sint, exitu aliquid de-

termines, siue non temerè omineris. Cæterum,
vt nihil attinet amore perculso graui laudare,
quam pridem depereat, virginem, ita non opus
est, historiam, delicias tuas, tibi commendare,
quam ab occasu, vt mihi ab alijs ante quoq; ex-
positum est, in ipsam medium noctem manibus
teris: qua ferè hora, aut altera pòst expergefa-
ctus, ad auroram peruigilo: præmissis potiori-
bus, neq; tum, neq; postea interdiu ad eius ge-
neris scripta respicio. Ita cum affectus sim, &
faciam, non possum, quin hoc acre historiæ stu-
dium, quo flagras, clara voce probem, & tibi
quasi plausum dem: vt alacrius curras, mihi li-
buit & rectum spatiū currenti gratulari: adjic-
ciam, nec ea multa tamen, quæ eodem faciant:
in his præcipuum est, quod verbo modò attigi,
non omnibus etiam notum, nedum familiare,
historiæ scriptoribus. Sunt enim qui narrent
fortè vera, hoc enim historiæ caput est, & hæc
eius prima virtus. Qui enim veritatem non pol-
liceatur, & antè omnia propositam minus ha-
beat, inferior fabulatore sit, quando hic quoq;
ferri potest, qui vel nugis inuoluta quædam sa-
lutaria habet, vel nugacitate non fallere, sed
oble-

oblectare auditorem, instituerit, fortè quæ quo-
rumq; relatu acceperint, delectu accurate nullo
habito, siue perfecta, siue manca sit narratio,
nulla de re moneat, neq; possit, qui rectè ipse ni-
hil didicerit. Hoc autem alterum est, & illo po-
tius: idem hic, quod verus segetis siue arboris
fructus sit. Illud ab omnibus expectatur: hoc
præstant pauci admodum. Neq; tamen nulli
digitum, aut sententia aut verbo, intendant in
id, quod ex vñsū sit, quod neq; in Herodoto desi-
dero. Poterat autem omnibus exemplo, & pro
regula esse, ex vetustissimis optimus, Thucydi-
des, quem alij, vt perceptu difficilem statim,
neq; degustatum reiciunt, alij in periclitanda
sententia ardui scriptoris deficiunt, vt paucos
lectores inueniat, qui ex agro maximè feraci,
sed aspero, maturas segetes in horrea cōuehant.
Etenim oratione non solum à vulgo, sed ab ar-
tificibus longius recessit, siue prisci sacerduli con-
suetudo sermonis fuit, siue ille talem habuit ge-
nium. Mihi commodè euenit, quod Melan-
chthon nobis fuerat interpretatus sanè multa
in Thucydide, quodq; habebam orationes Thu-
cydideas in Latinum sermonem conuersas à

Ioan. Casà à Petro Victorio editas Florentiæ anno abhinc quinquagesimo : earundem editionem his diebus iterum parabam, profuturas sapientiæ historicæ cultoribus minimè dubitans. In cæteris vñus est, siue vnicus Polybius, intellectu in alijs omnibus facilis, in quibusdam non item: qui vtramq; personam, non personatus ipse sustinet. Namq; & in historia fide dignus est, vt quisquam omnium, & qui non nisi exploratissima scripserit, non solùm consilijs multis interfuerit, sed rem militarem omnem intellexerit, disertus etiam & perspicuus præter rei naturam, & docet, vt philosophus, nisi quis stupor, stipësue sit, in actionibus atq; negotijs quid deteferis, & fugias, quid probes, & sequaris, vt tu quoq; facias, quousq; id tua conditio ferat. Quædam enim omnibus, quædam perpaucis, quædam paucissimis, ac fortè solis regibus conueniant. Eum ego certè, cum me, alijs academij relictis peregrinandi satur, dedisse iuuenis in otium litterarum, quò semper respexeram, cum admiratione legi, & intellexi statim, præter ea, quæ ad militiam proximè pertinent, de quorum vera sententia desperarem, aut in ijs tan-

tanquam mihi non profuturis minimum operæ
ponendum non putarem. Ad hunc quoq; cog-
noscendum accingere, lagmannida: auctorita-
tem non subterfugiam, teq; indemnem præsta-
bo: quia auguror futurum, vt tu alijq; (& idem
alijs enim dedi, & porrò dabo) mihi de hoc con-
silio gratias agatis. Habemus enim nobilem hi-
storiæ scriptorem beneficio Isaaci Casauboni,
quem legere magno nostro bono queamus, &
iuuenes nobiles debeatis: hoc etiam audius,
quod eiusdem commentarios propediem ha-
bebimus, qui cuiusmodi sint, è præfatione ad re-
gem facile possumus statuere: imò expectatio-
nem illi etiam nostram superabunt. Sunt au-
tem eiusdem viri scripta cæteta eiusmodi, quæ
testantur ipsum, vel solum esse, vel in primis, qui
bene de re litteraria mereri possit, & præclarè
omnino mereatur. Neq; verò negligere aut
contemnere cæteros rerum per orbem gesta-
rum scriptores iubeam. Certè enim legendi
sunt, sed examinandi & ad quasq; rationes & ad
omnes coniecturas, vt falsa repudiemus, dubia
in medio relinquamus, certa prehendamus, atq;
ex his veros ipsi ad vitam siue consilia priuatim

& publicè, & pace, & in militia fructus capiamus. Neq; de alijs in studio historico necessarijs te monere attinet, quæ maximam partem cognouisti & inuestigare pergis. Nihil enim videt in historia, qui tempora ignorat, neq; mente omnia maria nauigat & per omnes terras iter facit, vt quasi & hoc sæculo & præteritis omnibus vitam agat, cumq; sit, vbi est, tum à nullo loco abesse intelligitur. His bigis ad Historiæ quis rectâ feliciterq; vehitur: sine temporis autem lociq; cognitione memoria quarumq; rerum temeraria nihiliq; est. Notationes autem temporum confecere plures in vniuersum, alij ad certa tempora & certos scriptores: & lectorum ferè quisq; hanc operam suæ memoriae reçè nauat. Exquisitè haberi illa fortè nequeant: non longissimè aberrare ad institutum satis est. Situs autem orbis omniumq; ipsius partium ante oculos hodiè ita positus est, vt villo vnquam sæculo: nostrum profectò hac in re adeo felix est, vt de tenuioribus aliquis paruo ære sibi ea paret, quæ reges olim multis etiam talentis non inuenirent. Manuductione aliqua opus est mathematici, cuiusmodi semper in promptu fuit & ho-

8

& hodiè est in academia Iulia. Namq; primam
& plenissimam operam hic p̄ræstítit, medicus
idemq; philosophus & mathematicus celeber-
rimus, Duncanus Liddelius Scotus, qui quoq;
omnem historiam ad vnguem nouit: proximis
annis vir doctissimus Nicolaus Granius Suecus
item dexterimè & singulari cum laude docuit:
docet hodie quotidie magna diligentia Græca-
rum litterarum professor, Rudolphus Depholi-
dius, nostras à Visurgi, ipse quoq; assiduus lector
historiæ. Dederas præterea mihi occasionem
alia aliqua de re scribendi, perutili illa quidem &
illis cognitu, de quibus erit ea disputatio, neces-
saria, sed diuersa tamen ab ijs, quæ velut in tran-
situ, vt in epistolis sæpè solemus, attigi: & fortè
expectas, quid sapientes, quos sequor, sentiant.
Namq; ex vsu admodum sit, nosse ingenia &
mores discrepantes nobilitatis tempore diffe-
rentis. Alius enim animus, alij sermones eorum
sunt, qui se priscos gloriāntur, quasiq; aborigi-
nes profitentur in familijs: alij horum, qui pri-
mum sua virtute, siue manu, siue alijs meritis si-
bi suisq; peperere hanc dignitatē. Non cumu-
labo autem epistolę capita, etiam longius, quām
insti-

institueram, producta: legetis tamen & hunc lo-
cum meditatum iam mihi : qui fortè difficilis
non erit ipse per se : sed difficilior explicatio , ne
quid apud quos offendatur. Est autem facilis
offensa, vbi de ordinibus aliquid dicere institue-
ris : sed experiar, quid possim, & certè neq; apud
intelligentes offendam. Non enim offendit ve-
ritas , cui soli ante omnia studemus apud bo-
nos. Vale. Helmæstadio ex acad. Iul. prid. Kal.
Mart. cIɔ. Iɔ. cX.

*VERSVS CRITIÆ PERELEGAN-
tes, quorum in ep. mentionem fecimus, de fru-
galitate coniugij Laconici, digni lectione
et memoria, ex Athenæi*

Δειπνοσφ. i.

Προπόσεις δὲ τὰς γνωμάς ἐν τοῖς συμποσίοις, Δαιδαλονίοις τοῖς
ἰω ἔθνοις ποιεῖν, όδὲ Φιλοτησίας διὰ τέτων τῷ αὐλῆλας ποιεῖσθαι.
δηγοὶ ἐπὶ ταῦτα κερταῖς ἐν τοῖς ἑλεγείοις*

Καὶ τὸ δὲ ἔθνος Σπάρτη μελέτην τε πείμαρον ἔπει,

Πίνειν τὴν ἀντὴν οὐνοφόρου κύλικα,

Μὴ δὲ ποδομεῖσθαι εργάσθεις οὐνοματὶ λέγοντα,

Μὴ δὲ δεξιπέργαν χειραν πυκλοῦν θιασον

Αγέα λυθῆ χειρενασιαν γένης ιη...
.....

Καὶ εργάσθεις ὁρέγχιν ὑπιδέξια ιηδεις τερπαλεῖσθαι
Εξονομακλήδων ὡς εργάπινον εἴθελι.

EIT'

Εἰτ' ὅπο τοιχτῶν πόσεων γλώσσας τε λύγοι

Εἰς αἰχθόνυ μύθους, σῶμά τ' ἀμανεύτερον
τεύχοσιν· τοὺς δὲ ὄμηρούς ἀκέλωπος ἐφίζει,

Λῆσις δὲ ἐκτήνη μνημοσῶμα πεποίθων.

Νέος δὲ παρέσταλται, διμῶες δὲ ἀκόλατον ἔχοσιν
Ηθοῦ· ἐπίσταται δὲ οἰκοτριβῆς δαπάνη.

Οἱ λακεδαιμονίων ἡ πόρει πίνεσθαι τοστον,

Ωσε φρέν εἰς ίλαργὸν ἀσπίδα πάντ' αἰπάγειν,
Εἴς τε Φιλοφρεστῶμα γλῶπται μέτριον τε γέλωσι.

Τοιαύτη ἡ πόσις στέματί τ' ὠφέλιμον,

Γνώμη τε, κατήστη τε καλῶς εἰς ἔργον Αφερδίτης,

Πρέξεις δὲ ὑπνοῦ ἀρμοστοῦ τε καμάτων λιμέρισ,

Πρέξεις τῶν τερπνοτάτων τε θεῶν Θυητοῖς υγείεισιν,

Καὶ τῶν ἐνσεβείης γείγνα σωφρεστῶμα.

Εξῆς δὲ πάλιν Φησίν.

Αἱ γὰρ τῶν τοῦ μέτρου κυλίκων ἀρεπόστες, παραχθῆναι

Τέρψασά σε λυπτόστε εἰς τὸ ἀπαντάχοντον.

Ηἱ λακεδαιμονίων ἡ διαιτὴ ὁμαλῶς διάκειται,

Ἐθῆν καὶ πίνειν σύμμετρα, τοὺς δὲ Φαγεῖν

Καὶ τὸ πῖνεν εἶναι δικαῖον, ὡς ἐστὶ διότακτον

Ημέρᾳ οἰνῶσμα σῶμα ἀμέτροισι ποτοῖς.

NEq; numeris Latinis exprimere versus Critiae conabor,
quod me non assecuturum confidam, neque de verbo
reddere, ne obscurare videar, quae interpretanda sumserim.
Libet mihi sententiam horum versuum, qua potero perspi-
cuitate, aperire lectori, ut consulam nostrae iuuentuti, si ad
studium vitae sobriae allici, & in adolescentia, tum Lacedæ-
moniorum exemplo, tum ipsis rationibus ab ebrietate de-
terreri queant. Est, inquit, inueterata consuetudo, & perpe-
tuum hoc Lacedæmonijs studium, ut non multitudine & di-
uersitate poculorum certent in conuiuijs, sed uno eodemq;

C

vta-

vtantur, neq; nominatim compellent, cui præbibant, neq;
cui facultatem bibendi eripientes, neq; necessitatem imponentes, neq;
dextrorum vrgant pocula : Lydorum inuen-
tum perhibetur, ad summum plenos calices circumferre, &
dextram versus assidenti propinare, & prouocare nomina-
tim, quem tibi bibendo respondere iubeas : fit porro, vt ab
eiusmodi potandi operaria perpetuitate, linguas resoluant
in turpes fabulas & sermones foedissimos, indignos hone-
storum hominum congressibus : corpus miris modis debili-
tant, caligine obfuscant oculi, & ipsa obliuio rerum me-
moriā potis ex animo tollit, mens hinc inde aberrat, etiam
famuli exempla dominorum imitati, petulanter se gerunt in
ædibus, deniq; res familiaris collabitur, vt qui omnibus pri-
dem abundarent, omnium miserè egeant. Alia est conui-
uiorum ratio Lacedæmonie : Lacedæmonij enim iuuenes
eousq; bibendo procedunt, vt non debilitentur vino, sed
animus accendatur, & artus confirmantur, ad tractationem
armorum, etiam lingua resoluatur in comitatem orationis,
nec ad effusum sed modicum risum : corpori noxia non est,
sed conductit ad valetudinem, mens officium non minus fa-
cit quām sobrij, & ad moderatam venerem conferit, & so-
mnum conciliat, quem diurni laboris portum dixeris : con-
ducit item valetudini, quæ quantum summis, imis, iucun-
ditatis pariat, facile æstimes, si quantum è morbo dolorum
sit, cogites: hæc deniq; ratio, modum non transiens, siue ma-
ter siue nutrix est modestiæ, quæ sophrosyne dicitur, probi-
tatem continens, & non solum voluntatibus corporis certos
limites, sed moribus & actionibus vitæ modum statuens.
Tanti autem hæc virtus est, vt ianitrix pietatis videatur, ha-
bitet certè ad proximum eius parietem. Modestiæ enim ex-
pers, censuræ sapientum & rationis negligens, neq; parentem
omnium reuereatur, etiam maximè cultum numinis simu-
lans.

Ians. Subiicit poëta in hanc sententiam : illæ præter modum
computationes in præsentia oblectant coniuas, sed ijsdem
ex interuallo dolores inurunt graues, causatae morborum
alios atq; alios. Vixit autem Lacedæmoniorum æquabili
ratione institutus est: etenim in publico cibum capiunt, bi-
bunt, tum modicè, tum vt altetum alteri respondeat, etiam
vt labores facile tolerent. Quare corpus immodico vino
obruere minimè omnium conuenit. Hæc voluisse Critiam
vix cuiquam dubium esse potest; etsi alicubi quis, vti in sale-
bris, hæreat: quæ autem huc faciant, plura quidem scriben-
ti in promptu sunt, quæ tamen inferienda non putauimus.

IVLIO IAGMAN. S. D. IOAN.
CASELIVS.

NOn uno modo exhilaras me tuis litteris in hac
quoq; etate arumnoiore. De altero tibi vti
volo, ita gratulor: volo, vti tu, neq; temerè, speras,
cuins spiefons domitua est. Gaudeo & alterum,
quòd omni studio istud regium studium colis: cuius
enim exemplo esset omnibus, aucti or fuit initio filius
pater, dux omni diligentia & fide Peparinus: quòd
in eodem non etiam nihil mihi tribuis, facis gratae,
nec erras penitus: sed nostram consuetudinem ni-
mis celeriter diremit tum irrepens inopinatò con-
tagium. Quæ autem hodie te in manibus habere
scribis, probo, vt nec si me consuluisse, aliud tibi

consilium dedissem: tu porrò uteris isto tuo, quod
idem nostrum etiam vetus est, & hoc potius ages,
quam quidquam aliud. Dum enim istud agis,
non solum doctrinam copiam tibi comparas, sed vir-
tutis præstantiam, & omnium principem pruden-
tiam, cuius quasi partes sunt modestia & benefi-
centia: utrāq; autem mirificè deuinciuntur ani-
mi hominum: in beneficentia complector etiam o-
mne officium. Cum historiam legas, in ea quem-
admodum & quousq; procereris, si hoc quoq; me
docebis, erit gratum: si quid voles, dabo vel ex alio-
rum arculis. Vale. Helm. ex acad. Iul. XI. Kal.
Octob. cIc Ic cIX.

H E N R I C O I V L I O I A G M A N .
S. D. IOAN. CASELIUS.

I Dem & littera tua loquuntur, & alii scribunt,
te esse, in quibus pro ingenio & etate esse studiis
oporteat, & hodie cum primis sit ex usu tuo. Nam
qui nec ordine procedunt, neq; suum cuiq; tempus
tribuunt, ut plurimum, vel certè potissima ex par-
te operam ludunt. Tu igitur quod facis, ut facis,
ita tibi progrediendum existimat. Ante omnia per
campum probitatis & modestiae ad virtutem perge
& pru-

Et prudentiam, neq; quidquam in animum inducas absq; certa bonaq; ratione Et eius consilio, cui te ipse credidisti, probantibus iis, qui tibi pro patre sunt. Ad quos voluisti, scribo cum diligentia: Et rogo Gozium filium, ut illos, etiam in occupacionibus, moneat: facturum scio, neq; defuturos, qui pridem tui paternam curam gerunt. Vale. Helma studio ex acad. Iulia X. Kalend. Mart. c I o I o c X.

IVLIO IAGMAN. S. D. IOAN.
CASELIUS.

Q Vidni, quod ad institutum facere videam, in epistola præteritum, subiiciam? cum id in maximis minimis negotiis frequentetur. Cum de quibus, ut historiae principibus illic dixi, inter nos historiae, quantum per cuiusq; propria studia licet, assiduos lectores, familiariter his diebus loquere-mur, fecit mentionem C L. gener meus Thuani, qui verè Et disertè nostri saculi res gestas conscripsisset. Nam Et ipse, Et alii, eum tum in manibus habebant, neq; nulla memoriter, alia referebant alii, deniq; in hoc consensimus, virum non minore sapientia, quam scribendi facultate, rerum hu-

manarum peritissimum, dexterimo de omnibus
iudicio præditum, & vera & luculenta scribere,
non abruptum vel affectu vel præiudicio, nec mi-
nus explorata, neq; lectorem dimittere absq; philo-
sophia, qui non solum è libris voluptatis aliquid
venetur, sed cum veritate virtutem quarat &
prudentiam, humanarum actionum probam ma-
gistram & veriorem dominam. Et huius igitur
lectionem tibi tuisq; aequalibus commendandam
censui, et si suspicor, neq; hunc scriptorem vobis in-
cognitum, qui in Gallia vixeritis. Ut eris autem
meo consilio libentius, quod de eodem idem ille Pe-
parinus, cui merito multum tribuis, sentit. Scri-
bit enim vir doctissimus ad me mense Ianuario
Lutetia, (sciebat enim, me auidè cognitum de
studiis litterarum, quæ hodiè in Gallia colerentur)
Thuanum cum Casaubono alterum esse, cuius
scripta sculis quoq; futuris superfutura & profu-
tura generi mortalium non sine causa augurare-
tur: neq; nos hoc in dubium vocamus. Primos
igitur nos è fæcundiissimis illius agris fructus per-
cipiamus, neq; aliis eosdem, neq; minoribus, inui-
deamus. Quid de hoc genere porro consilii capias,

vbi

-12-

*vbi meas legeris, è tuis cognoscam propediem, hoc
scilicet, quod proposito consentaneum sit, ut in te
quoq; conueniat verbum vetus de bono principio.
Vale. Helmastadio ex acad. Iul. Kalend. Mart.
c Iɔ Iɔ c X.*

αιρητορεων μηδεις νιφων μη.

O Agite excubias, vt fas, operisq; vacate
Affidui : quid enim somno traducimus æuum?
Somno desidiaq; animiq; artusq; maceſcunt.
Deses enim quicunq;, recluso lumine dormit,
Viuere quem sapiens neget, à se quisq; repellat:
Dormi quod satis est : vt agas, te collige paulum.
His bene definite modum recte esse putaris,
A te quem natura, boni dux optima, poscit:
Sed cum sint vigiles, oblii hominesq; Deumq;
Omne mali nocuas qui vertant tempus in artes:
Tu secus, exsomnis quoq; in ipso mente cubili,
Non minus esse velis quauis benè sobrius hora:
Nec calices, aliud neq; te quid inebriet, vt sunt
Præter id, humanas miserè turbantia mentes,
Imperij species, auri lux, blanda voluptas,
Nugæ aliae, interdum grauius, quam copia vini.
Sic igitur quauis qui sobrius excubat in re,
Rite suum euentu sperato munus obibit,
Siue is equum regat, aut nauim, celerisue quadrigas,
Siue etiam populos, siue vrbes, siue iuuentam,
Dura in militia, vel phœbi tempeſi lætis,
Siue opus in fundo faciat, siue arma capeſſat,

Deniq;

Deniq; qui ludis studeat, quicq; feria tractet,
Ni vigilet, ni sit quoq; sobrius, excidet ausis.

Aeneas te inviteret.

Non tibi desidia, non somno vita teratur.
Mortis id instar enim foret : expurgiscere fodes,
Et spatium transi, quantum pote, tramite iusto.
Sed quia seu cœnosa via est, siue aspera scrupis,
Seu præceps celeri lapsu, siue ardua sursum,
Iam nunc intentis oculis, iam mente sagaci,
Et solida & firma gressus defigere planta,
Ut validus siet, ytq; valens, cuicunq; necesse est.
Ipse etiamnum me nihil vilemq; professus,
Si prior, in quo sum, modò subftem poplite certo,
Tunc alios fortè alloquio, vel iuuero dextra.

F I N I S.





13
IOAN. CASELII,

Ad nobilem adolescentem

DAVIDEM HILCHENIVM

vt infistat vestigijs maiorum,

ΠΡΟΤΡΕΠΤΙΚΟΣ. ζ

HELMÆSTADII,
In ac. Iulia, Excudebat Iacobus Lucius, Anno

clo. Ic. civ.



1an 48/73/11789(X)

Nobili adolescenti

14

DAVIDI, GENEROSI DN. DA-
VIDIS F. HILCHENIO

S. D.

JOAN. CASELIUS.

Rincipium & incrementa amicitiae,
quam DAVID HILCHENIVS
pater tuus & ego multis iam annis
inter nos colimus, tibi primum ex-
ponam: ita, & quò eam, & quid mihi hac lucu-
bratiuncula velim, facile intelliges. Verum, ut
ad rem ordine veniam, de patruo tuo, JOANNE
HILCHENIO, aliquid verborum initio facien-
dum est. Hic autem, patre tuo ætate maior, annis
abhinc, ut rationem in eo, plus minus triginta,
excultus iam non vulgariter studijs liberalibus,
in academiam Rostochiensem venit, vbi in phi-
losophia primū, ac porro in arte medica pluscu-
lū operæ poneret. Norat enim adolescens, absq;
illa nec ullam vitæ partem, vti homine dignum
est, rectè institui, neque cuiquam patere adi-
tum ad disciplinas cæteras liberales, quæ vitæ ci-
uili inseruiunt: & quod Galenus disputabat, ita

A 2

se ha-

se habere sibi persuaserat, eundem & medicū & philosophum esse oportere: nec illum fore eximium, nisi quoq; curreret spatium sapientiæ. Academia illa, quæ plus sæculo iacuerat, superioribus annis cæperat resuscitare: auspicijs IOAN. ALBERTI & HVLDERICI fratrum germanorum, ducum Megapol: nec erant nullæ partes illius reip: opera autem & industria viorum doctrina & virtute præstantium. Hōs ego hoc loco producere non necesse habeo, præter vnum, cui ille se adiungebat potissimum, finis sui respectu habito. Et mathematicus is erat & philosophus, & medicus, experientia quoq; longa perfectus, HENRICVS BRVCAEVs Belga: BRVCAEO ille præcipuè operam dabat, nemini tamen, quam mihi familiarior. Viuebat enim domi meæ in consuetudine nobilissimorum adolescentum, eratque nobis gratus omnibus, tum ob litteras, tum ob suauitatem morum. Hic aliquando sermonem iniecit de fratre, eius mihi ingenium, doctrinam prædicans, & industriam: qui Ingolstadij etiamnum adolescentis principi Polono præsto esset, litteris non leuiter tinctus, ius præterea ciuale disceret, quod eius in eum diem

diem vsus esset in Liuonia, & cum primis in rep.¹⁵
Rigenſi: ac ne amori fraterno plusculum largitus
videretur, simul de promit mihi fratriſ ad ſe epi-
ſtolas, ex tempore, quod teſtabatur manus ce-
leritas, non vulgari ſtylo ſcriptas, atq; ita adeo,
ut maiora statim mihi de eo promitterem, quam
nobis frater retulerat. Cæterum IOANNES, cum
ob ſpem, quam de fratre conciperem, me ipſi
propè æquè, atque ſibi intelligeret bene velle,
meas ad iſum litteras flagitauit, quem in ſcri-
bendo videbat faciliorem, quam ſum hodiè,
tam graui videlicet ætate. Misit ad fratrem meam
cum ſuis: remiſit DAVID non iam extempora-
neas, ſed accuratè & prudenter & humaniter
ſcriptas: vnde non ſolum meum de ſe iudicium
confirmauit, ſed facile mihi quoq; de ſua in me
obſeruantia persuasit. Ibi tum erat humanita-
tis meæ, ut de vltro erga iſum concepta bene-
volentia nihil remitterem: deniq; absentem il-
lum, nec antè viſum, eadem, quâ praefentem fra-
trem, proſequabar. Hæc initia ſunt amicitiæ
inter nos, qualis inter abſentes conſtitui potest:
poſſe aliquam non diſputo, hoc vno argumen-
to contentus, quod plures eius generis conſtanter

etiam coluerim cum alijs, quos esse bonos & do-
ctos viros cognouisse. Nec enim fieri posset,
vt in his desideretur fides, quæ neutiquam fallax
sincerioris amicitiæ conciliatrix est. De me non
dicam porrò, nec de alijs: de patre ad filium non
incommode instituetur oratio. Non semper
æquè mihi constabat, vbi ille gentium esset,
quòd & litterarum caussa locum mutant sapi-
entiæ studiosi, & qui in negotijs sunt, ipsa se-
quuntur, neq; non regias, in quibus illa gerunt:
ipse autem cum sciret me domicilium habere
Rostochij, crebriores ad me dabat. Quid scribe-
ret autem initio, nisi de suo in me animo, & qui-
bus in locis quoq; tempore degeret? fortè & alia
quæ viderentur. Ego, superbum vel etiam ru-
sticum ratus, sui amantes negligere, si qua esset
ad eam rem commoditas, rescribere, & quod
volet, lucubratiunculam, quæ in promptu es-
set, siue cuiusquam familiarium, siue meam, ad
ipsum mittere: ille mea, & legere libenter, &
communicare cum familiaribus. Ita inter eos
quoq;, quos interualla terrarū marisq; dirimunt,
constant honesta quædam officia. Ille beneuo-
lentia primum, fortè posteà quoq; iudicio fa-
mam

16
mam mihi non solum apud æquales, sed apud
proceres etiam in remotissimis prouincijs com-
parauit, qua re porrò me sibi magnopere deuin-
xit. Eram enim illa ætate, quæ hunc honestum
errorem secum ipsa fert, non paulo laudis audi-
dior. Nunc enim rerum humanarum conditio-
nem, siue umbras, magis intelligo. Satis autem
mihi faciebat pater tuus illa nominis mei prædi-
catione: qua tamen ipse non erat contentus: et
iam illustrium virorum, apud quos cultus virtutis
valeret, & litteræ essent in precio, mihi ani-
mos conciliabat. Nam quod magnus ille Z A-
M O S C I V S lectis pagellis aliquot à me editis ali-
quoties ad me scripsit, à patre tuo profectum
scio. Idem facta mei ad archiepiscopum Leopo-
litanum mentione, mihi illum, &c, vt ipse gloria-
batur, me illi restituit. Namq; ante annos plus
minus quinquaginta eadem studia colueramus
cum singulari quadam animorum coniunctio-
ne, ego & pernobilis ille adolescens, I O A N N E S
D E M E T R I V S S O L I C O V I V S. Hic ex inter-
ullo ad tantum dignitatis fastigium euectus,
me non contempsit, in hoc humili loco, si humi-
les sunt, vt habentur, & ego non admodum pu-
gno,

gno, qui perseverantes in doctrinæ studijs, alijs
in hac via præeunt. SOLICOVIVS igniculos
veteris illius benevolentiae ex tanto temporis
spatio resuscitatos per litteras ostendit: ego re-
scripsi cum quo par fuit affectu, cum qua debui
obseruantia. Ambo verò datis deinceps litteris
benignissimis munera ad me miserunt; cuius-
modi Græci ~~ne~~ nominant, donata beneolen-
tiæ & honoris gratia. His nominibus me patri
tuo deuinctum non nego: velim me ipsi potuisse
etiam reddere: verum nulla erga ipsum extant
officia præter illud primum, quo acriter adole-
scentei ad virtutis & doctrinæ studium quo-
dam quasi ~~περικελεύσαντ~~ incitaui. Referendæ ipsi
gratiæ non animus, sed facultas mihi defuit: ani-
mum tamen perspexit facile è sermonibus meis
& signis cæteris, cùm septimo ab hinc anno le-
gatus in Germaniam in negotijs regijs itinere a-
liquot dierum non nisi me salutatum hue decli-
nasset. Quibus diebus apud me cum vidisset
rationem rei familiaris meæ, sed cumprimis,
quod mihi semper fuit, eritq; in priuatis rebus
preciosissimum, duos filios, totidemque filias
meas complexus fuisset omni benevolentia; ex-
posuit

posuit mihi quoque multa de rebus suis, & sibi
carissimas quidem filias, tamen ob generis con-
seruationem & claritatem curæ cumprimis esse
filios ostendit: vnde in sermonem incidimus,
quo ut nihil est vulgatius, sic nihil in vita, si non
quid dicatur, sed fiat, spectes, obscurius, de edu-
catione liberorum. Etsi in plerisq; consensimus,
vt vix aliqua in re discrepare videremur, præfer-
tim in eruditione, quæ per litteras instituitur: ta-
men ille contendebat à me, vt de hoc potissimū
capite ad te aliquid scriberem, quod & tu & fra-
tres aliquando sequeremini. Amicorum volun-
tati æqua iubentiū facile cedo; & in hoc patri tuo
manus dedi, etiamsi mea opera consilioue non
adeo opus esse intelligerem, dixi me moniturum
te fratresq; tuos, de quibus mihi, atq; prout vi-
deretur, quod ipse non improbaret. Ille abijt in
Liuoniam: nos hīc calamitas alia ex alia exercuit
annis aliquot publicè: me quoq; priuata non v-
nius generis obruit: de quibus malis hīc queren-
di locus non est. Patrem quoq; tuum exceperunt
molestiæ & periculum, vt deinceps accepimus,
graue: patriam autem vestram impetiuere eo-
dem ferè tempore, bellum, pestis, & fames de-

B

niq;

niq; quam ita exarsisse, ex ista vicinia ad nos perlatum fuit, ut nemo non ad illas narrationes contremuerit, totoq; pectore exhorruerit. Ita vtrinq; priuata studia inter nos cessauere: quæ illinc ad nos perferrentur varia, in ijs, vt est inge-
nium famæ, tum vera, tum falsa comperimus:
certiora tandem ex patris tui & plurium litteris
accepimus. Raro inter nos litteras misimus:
sed & interciderunt meæ quædam necessariæ,
quas reddi meæ quoq; fidei intererat: sed vobis
destinatas atq; debitas non exaraueram, datus
vbi certi aliquid de vestris rationibus cognouis-
sem. Tandem ad nos venit ex ac. Zamoscia
MAVRITIVS CANNIVS, genere clarus, & litteris probè perpolitus iuuenis: diu exspectatas
illinc ferens, & quæ alia scire desiderarē, oratione
persequens. Attulit ex interuallo alias popularis
meus, RABANVS, homo mei studiosus, quem
istic carum omnibus fuisse gaudeo. Hinc enim
conijcio, vt se dignum procerum gratia gesserit:
disertum vidi, & moribus, quos boni probent,
eoq; consilio, vt suis aliorumq; rebus recte consulat.
Non est mihi graue, me de ære alieno ap-
pellari, quod profitear ipse, cum & soluendo
sim,

sim, & id possim facere vel paruo vel magno, vt
mihi libeat. Nam in eo genere vtrumuis licere
arbitror. Dabo operam, vt seruem in scribendo
modum, pluribus relictis quædam persequar:
nec tamen aliquid desiderabis. Namq; & pater
tuus hæc omnia intelligit, & suscepit in se hanc
curam C A L I S S I V S, vir ad primè doctus, inge-
nij tui informator, non minus industrius, quam
diligens, & vicina academia abundat salutari-
bus consilijs. Quæ autem domi habes, cur pro-
cul petas aut exspectes è longè diffitis regioni-
bus. Relinquitur itaq; nihil mihi ad scriben-
dum, nisi forte hoc vnum, vt patri, & qui tibi
istic præterea præstò sunt, ijs auscultes: quicum
cohæret alterum: vt patris vestigijs ex hoc tem-
pore insistas, donec ipse intelligas, quid tibi in
quaq; re factò opus sit: quin adultior etiam, &
quoad viues, intucare, & ex ipsius studijs, mori-
bus, vita, consilijs, fortuna, multa haurias, quæ
tibi & fratribus tuis ex vsu sint. Nec ego forte
abs re fecero, si paternæ vitæ cursum, quoad mi-
hi innotuit (habere autem satis exploratum ar-
bitror) considerandum proponam: quæ non
hodie, vt epistolas solemus, semel legas atque

iterum, sed ex aliquo, etiam non breui tempori-
ris spatio, relegas saepius. Semper enim inue-
nies, cur magis patrem colas, & imitandum cen-
seas, quodq; magis te iuuet. Has enim prima
adolescentia tua & fratum tuorum pueritia le-
gere potestis, intelligere penit⁹ non potestis: nec
apud animos vestros perpendere vicissitudines
rerum humanarum: quam ante iustam ætatem
nemo, imperiti in isto vitæ errore nunquam per-
spicunt. Absit autem, ut quisquam nostrum
vigilans somniando vitam transfigat, quod ple-
rifq; accidere necesse est, qui non educantur ad
virtutem, nec imbuuntur disciplinis liberalibus.
Ego verò vos hac in parte statim in lucem editos
patre feliores iudicauerim. Habetis enim
etiam exemplū quod imitemini: ille ita non ha-
buit: habuit tamen à Deo benignissimo inge-
nium, à patre honestum in ciuitate locum: & a-
lia, quibus opus esset adliberalem educationem.
Cùm igitur in litteris domi & cupidè didicisset
& plurimum profecisset, & modestè se gereret,
& industriam suam probaret omnibus; his o-
mnibus facile obtinuit, ne dicam de æqualibus,
ut carus esset ciuiibus: nec nemo de adolescenti-

ornando cogitaret, si se daret occasio. Natæ
ipſi fuerunt aliæ ex alijs, quod diuinitus factum,
existimare debemus. Quia enim quæ bono
consilio facimus, omnia piè Deo accepta feri-
mus; quantò magis altera, in quibus ante nostra
non interuenit deliberatio? Euenit, vt cum ad
regem STEPHANVM legatos mitteret respublica:
senator adolescentem in comitatum adscisce-
ret: vbi plurium dierum itineribus Vilnam ven-
tum fuit, captus ille fuit, non splendore amplif-
simæ illius vrbis, in qua sunt aulæ magnificæ
Lituanorum procerum, quām gymnasio, in quo
bonæ disciplinæ quotidiè eruditè tradi & audie-
rat, & iam ipse videbat. Petenti potestas facta
fuit ibidem subsistendi. Nec enim, vt multi,
magis videre regiam, quām in litteris proficere
desiderabat. Harum enim præsidio cætera sibi
patere ominabatur potius, quām intelligebat:
Non ita multis mensibus & diligentiam in litte-
ris & mores probauit non solum viris doctis, sed
nobilissimo cuiq; nemo tamen eam indolem
ita perspexit & adamauit, vti censor ingeniorum,
ZAMOSCIUS: simul de DAVIDE ornando sedulo
dispiciens. Principia enim doctrinæ perceperat

probè. Namq; & intelligebat bonos scriptores:
& totos dies diligenter legebat: Latina lingua v-
tebatur commodè præ æqualibus, siue scriben-
da esset epistola, siue pangendum epigramma,
siue compellandus oratione vir honoratior:
quorum hoc quod in paucos cadit, præstabat
ante annos audacter cum verecundia. Facilem
igitur etiam & breui noui clientis ornandi inue-
nit viam. Cum enim paucis post mensibus, prin-
cipem S L V P S I V M è Russia vsq; in Germaniam
mitteret; iter ingressuro H I L C H E N I V M tradi-
dit, & principis studiorum partem eruditio & in-
dustrio & spectatae probitatis adolescenti com-
mendare non dubitauit. Postquam vnâ vene-
runt Ingolstadium, vbi multis sæculis studia li-
beralium artium, ac præcipuè legum ciuilium
floruerant, inter eos paucis mensibus singularis
benevolentia coaluit, vt neq; princeps heroicæ
exspectationis iuuenem dimitteret, neq; hic be-
nigniorem herum desideraret: Tirocinia littera-
ria pridem, vt dixi, absoluerat pater tuus: iam
commodiore loco, & in cæptis perficiendis, &
in alijs inchoandis laborem sumebat perpetu-
um & felicem. Namq; & ad arcem ipsam elo-
quen-

quentiæ contendendum sibi putabat, & legum
disciplinam non leuiter attingendam. Etsi enim
Liuonia iam ad Polonię accesserat, forum ta-
men non mutabat, in ista non pœnitenda liber-
tate. Causæ enim illic disceptabantur & disce-
ptantur non arbitrijs statutisue regni, sed iure
Romanorum: ad quod tamen & ipsos regni pro-
ceres sæpè confugere intelligo. Patet enim la-
tissimè & tractatum tot sæculis æquitatem & vi-
gorem siue aliquam perfectionem adeptum
non temerè creditur, si quis eo rectè vtatur. Ad
facultatem autem ille dicendi ferebatur, cum
natura, tum consilio. Illi autem cur reluctare-
tur? cum nusquam non gentium disertior in pre-
tio sit: in contemptu, sæpe quoq; in periculo, e-
linguis. Sed accendebat insuper iuuenem spes
gloriæ, quam se adepturum sperabat non in Li-
uonia solum, sed etiam per vniuersum regnum.
Namq; altius emergere in animo habebat, non
solum, quia glorioius, sed etiam ut magis pro-
dasset patriæ, quæ iam pendéret à Polonia, ut à
matre, vel patrona proxima & potentissima.
Nemo autem ignorat, nusquam maiorem esse
dignitatem eloquentiæ, quam in illo regno flo-
rentissi-

rentissimo: nusquam maiora præmia eloquentibus proposita: vbi scilicet ijs vt plurimum gradibus ad primos honores ascenditur. Eloquentiam verò non adspernantur quidem illam popularem, qua vulgò alia atque alia pro renata quocunq; modo persuadentur, quòd ea rectè etiam interdum usurpat: sed eam acceptant & probant maximè, quæ cum spectata virtute & singulari prudentia coniuncta sit. Namq; & bonum virum esse oportet, qui principem in regno locum ambiat: neq; virtus in gente fortissima, vt neq; in nostra, absque fortitudine intelligenti potest: & omnem illam absoluit prudentia. Hoc cum statim animaduertisset pater tuus, æquè omnibus maturè incumbendum putauit: nec ullam artium omisit, quibus vera dignitas & immortalis gloria comparatur. Itaq; & philosophos in tempore adjit, qui aliquid memoriæ prodidissent de cultu vitæ & gubernatione rerum publicarum, & historias quotidiè & accuratè cœpit legere, has quoq; in eundem finem prudenter & studiosè referens: cuius utriusque studij principium cum illius ætatis rectè crederet, finem eorundem esse oportere eundem, qui vitæ,

24

vitæ, postea statuit, nec in medijs negotijs etiam nunc aliud agit. Quod qui cum ratione militiæ student, faciunt, vt ad vires firmandas & usum armorum se quotidiè in armis primùm exerceant, & animum præparent ad subeunda in acie pericula: sic ille cogitans de capessenda aliquando rep. nihil neglexit omnium, quæ ad hoc arduum opus requiri intellexisset. Deniq; necessarijs adminiculis iusti temporis labore partis saluus & gratus ad patronum redijt. Statim igitur ipse ZAMOSCIUS in arduis negotijs eius singulari, feliciq; industria vtebatur. Hoc in patria celebratum permouit senatum populumq; Rigensem, vt tempore turbulentio DAVIDEM expeterent. Opus erat ipsis sapiente consiliario, qui & dicendo valeret, tum propter intestinos motus, qui neq; dum satis conquerierant, tum quod legationes ad regem & regni ordines sæpè obeundæ essent. Subinuitus eum dimisit ZAMOSCIUS, nec tamen, quorum ipse patrocinium gerebat, ijs ciuem necessarium negandum putabat. Hic HILCHENII animum erga ciuitatem mihi vide, non simulatum. Amorem sanè patriæ præse ferunt omnes: at eum multi

C

astutè

astutè prætexunt suis cupiditatibus. Alij namq;
sibi auctoritatem, & per hanc imperium, alij
commoda & opes conciliant: nec sunt in ijs nul-
li, qui metu periculi odia malorum ciuium, &
inimicitias vitantes, officium boni ciuis minus
explet. Quod si felicium filij ante susceplos
honores publicos fideliter educarentur, minus
auderet improbitas, floreret populus, & minus
laborarent boni. Ille autem & sic educatus &
sic affectus, in tantis tempestatibus illud prægra-
ue onus in se suscepit: et si ipsa simul est primaria
dignitas, senatoria non nisi nomine inferior, re
ipsa superior, mea sententia: parem esse nemo,
nisi rerum imperitus, neget: plus habet periculi,
plus laborum & molestiarum. Laudem autem
ille inuenit à bonis domi, foris gloriam apud
principes viros. Eximia enim virtus latere non
potest: adspiciunt eam cum admiratione & be-
nevolentia optimi quiq;, cum indignatione ma-
leuoli. In rebus patriæ & in ciuitate constituendis
& in regia gerendis plurimum enituit patris
vestri industria, ingenium, doctrina, prudentia,
eloquentia. Proceres non inuident humiliori:
imò nascenti virtuti fauent, camque fouent o-
mnibus

22

mnibus studijs, prædicant etiam & ornant. Ea
rei natura est, ad quam accedit, quod apud quos
in admiratione sumus (semper autem virtutis
cultores eximiam virtutem suspiciunt) ijs non
possimus non bene velle & conamur beneface-
re. Hoc pacto amicos iuuenit in regia, quorum
nonnullos sibi deuinxit in perpetuum, non alia
re nisi recte sentiendo, vera disertè loquendo, &
res sibi demandatas dextrè gerendo & feliciter.
Quæ omnia cum ordines scirent, etiam ad regis
aures perlata sunt, qui verbis virorum præstan-
tium fide habita, dignitate ipsum vltro ornare
non dubitauit: Deniq; qui sciret talium virorum
penuriam, quibus tamen res fulciri necesse fo-
ret, demandauit ei forensium negotiorum, quæ
& plurima & ampla sunt, nomine regni tracta-
tionem in Liuonia: quod munus ipsi primum
emolumento esset, sed magis tamen honori. Re-
cte enim plurimi eum colunt, qui multis ma-
gnis rebus à summa potestate præficitur. Sed
tum quoq; commouetur inuidia: quæ initio vi-
ri virtutem peteret clanculum, nonnunquam
vellicaret mordacius, demum adoriri non vere-
retur. Ut plurimum enim ita fit, ut gratiosi apud

reges & regni proceres vilescant suis ciuibus: nec
solum quia vicinia non fert, nisi sibi parem: sed
quia vulgus suspicatur sibi insidias fieri: nec ve-
rò id solum, quòd paullo superior cæteros puta-
tur despicere, quòd multi faciunt, sed etiam
quòd per tales viros sibi ex alto periculum im-
minere facile credunt, potissimum si quis affun-
dat frigidam ex calumniæ fontibus inuidus. Fie-
ri sæpè non negandum est: neq; tamen non ve-
rum, bonos esse fulcra ciuitatis, & salutem adfer-
re suis ciuibus & patriæ posse, & velle ferè solos.
Nec enim abutuntur facultate ista boni: sed ve-
ræ laudis cupidi incommoda, pericula & calamiti-
tates amoliuntur, quod in ipsis est, in concilian-
da salute patriæ suam suorumq; salutem posi-
tam rectè sibi persuadent. Etenim quemad-
modum cum totum corpus laborat, singula
membra vel simul prostrata iacent, vel certe pe-
riclitantur: ita cum vniuersa ciuitas conflictat-
ur cum miserijs, neminem ciuium videre est,
qui beatus esse possit, aut vnius diei felicitatem
sibi suisq; possit polliceri. Contra florente pa-
tria redundant in ciues singulos bona publica, si
quis in officio sit, & rerum suarum rationem
habeat.

23

habeat. De doctrina & industria patris tui, neq;
inuidi neq; hostes infitientur: mihi verò de istius
virtute sinistre suspicari in mentem venire non
potuit. An non enim virum bonum, constan-
tem censem, quem & ex omnibus consilijs fa-
ctisq; amantem patriæ perspexerim, & princi-
pibus viris, illustri virtute præditis, carum fuisse
ab initio, & carum esse in hunc diem, nulla vn-
quam interueniente offensa, sciam. Non com-
memorabo, vt domi forisq; in negotijs patriæ
laborauerit. Nec enim vnius epistolæ foret: &
meminerunt ciues, qui rerum vsum habent, &
memores sunt talium benefiorum siue studio-
rum. Vnum referam, quod qui agat, funda-
mentum iacere non sine causa existimetur boni
publici: adde quòd qui hoc agat, omni cura, de-
se suaq; vita iudicium minorū minimè extime-
scet. Nam qui vult omni tempore ciues esse do-
ctrina præditos & prudentia, innotescere poste-
ris desiderat de meliore nota, id est ob merita er-
ga patriam, non vnius generis, sed omnium. Vn-
de autem illa, nisi ex bona educatione & quām
accuratissima fieri potest, primæ ætatis? Non
aliunde enim aliqua ad vitæ humanæ cultum

perfectio institui sperariq; potest. Etsi autem etiam antè, nostra memoria prudentissimus senatus Rigenis eam curam paternè in se suscep- perat & singulari cura gesserat: vnde ciues in academias nostras commodis positis principijs mittebant filios, quorum multos & noram, qui- bus & ipse interdum profueram: tamen hoc au- ctore ex ludo puerili gymnasium facere consti- tuerat, v paratiiores longinquas terras litterarum gratia adirent. Erat autem hoc veluti academiæ Liuonicæ principium futurum. Res autē non so- lū cœpta erat geri, sed florere incipiebat hoc re- cētē deliberatum bonū. Etenim HILCHENIVS de voluntate senatus ex academia Iulia euocarat
S A L O M O N E M F R E N C E L I V M, poëtam cele- brem. Tum enim apud nos docebat, qui antè annis pluribus in regia imperatoris ob ingenium & pangendi carminis facilitatem, & suaui- tatem morum gratiosus fuerat. Nec cum potio- re laudis parte fraudabo: quòd erat absq; omni fuco, vir integerrimus. Idem erat collegarum familiariumque omnium iudicium, vt ex epi- grammatis, & epistolis, quibus abeuntem pro- sequebamur, videre est. Profecturus illuc ad docen-

docendum quidem, sed potissimum ad constitu-²⁴
endum gymnasium, nobis explicabat consilia
sua, & nostra, scenum præsertim & veteranorum
in palæstra litteraria annotabat, quæ in illo suo
primario munere ad vsum transferret. Vbi Ri-
gam appulit F R E N C E L I V S prudenter hoc no-
uum opus aggressus fuit, spectantibus tum &
omnia collaudantibus legatis regijs, quorum
ipse quoq; ijsdem artibus, quibus alibi innotue-
rat, benevolentiam paucis diebus promeritus
fuit. Principes legationis erant primum ille
SOLICOVIVS, deinde magnus Lithuaniae Can-
cellarius LEO S A P I E H A , generosus P E T R V S
OSTROVIVS: caput negotij, vt vniuersa Liuonia,
cuius dignitas non parum labefactata fuerat, &
paulatim corruitura crederetur, restitueretur in
integrum, siue firmius constitueretur. Plus an-
nuo spatio ei deliberationi tributum fuit: decre-
tum, vt Liuones ipsi quoq; gererent primos ho-
nores in Liuonia: vt iniusti domini possessiones
veteribus dominis cederent, vt constitutis ordi-
nibus, de quibus rebus opus esset, leges promul-
garentur. Hæc & alia optatum finem erant iam
sortita, ipsique legati ab vrbe decesserant, cum
tempe-

tempestas obruit nec opinata Liuoniam, tempe-
stas eiecit H I L C H E N I V M , mors intempestiuā
abstulit F R E N C E L I V M . Id tamen consilium
amplissimi Senatus laudem singularem mere-
tur, & H I L C H E N T I I auctoritas parem. Sed ipse
quoq; de suo hoc opus ornare decreuerat dona-
tione bibliothecæ, quam instruxerat, & augere
cogitabat: qua de re cum huc venisset, diligenter
& mecum & cum alijs contulerat. Hæc certa
sunt boni viri argumenta, siue fructus, è quibus
arboris bonitatem facile æstimes. Nolo in hoc
meam censuram aliquid valere: valere necesse
est principum in Polonia: quos ille tot annos ha-
buit, habetq; sui amantes studiosos plures ex ijs
noti mihi fuere FARENSBACHIVS, SOLICOVIVS,
ZAMOSCIIVS: neq; non cuiq; horum ipse aliquan-
do innotui. Farensbachius virtute militari non
solum rem & gloriam, quæ sibi habent proposi-
ta belli duces, sed primam quoq; dignitatem pa-
rauerat. Namq; regis regniq; decreto VVen-
densis in Liuonia Palatinus, illum principatum
cum laude gessit, donec cum laude in media vi-
ctoria cum hoste configens occubuit. Amabat
HILCHENIVM non solum, vt bonum ciuem, sed
etiam

etiam ut virum fortē. Namque & hic non
solum ferendo atroces iniurias , quām ego
primam animi magnitudinem iudico , sed et-
iam hostibus caput obijciendo talem sese pro-
bauit. Mitissimi fuit ingenij , & perpetua vi-
tæ innocentia , vir & sapiens & eloquens , &
cum communis patriæ , tum bonorum omni-
um amantissimus , I O A N N E S D E M E T R I V S
S O L I C O V I V S , archiepiscopus Leopoleos Rus-
sia : sed laudes amplissimas mihi certè ab adole-
scētia nostra cognitas S O L I C O V I I p r æ d i c a r e
nō est propositum. Eæ enim cum ex ipsius rebus
gestis , tum ex orationibus , quæ in prudentum
manibus sunt , enitescunt. S O L I C O V I I autem
de patre tuo iudicium mihi censoris esse sinceri
& genuini autumo. Nec dicam de mutua be-
nevolentia & cæteris studijs officijsq; mutuis :
nō me fugit , quomodo sub id tempus , quod mo-
do indicaui , cum Rigæ grauissima illa negotia
Liuoniae tractarentur , summa fide & prudentia ,
nata inter eos fuerit necessitudo , arcta , & perpe-
tua porrò animorum coniunctio : qualis est in-
ter bonos & doctos viros , qui saluti publicæ o-
mnes suas operas , omnem denique vitam desti-

D

nassent:

nassent: qualis quantaq; inter potentiores & in-
ferioris loci atq; ordinis amicos exoriatur, quæ
æqualitate studij virtutis eximiæ & sapientiæ
floreat. De his scribo ac prædico ad familiares
asseuerantius, quod mihi SOLICORI litteras
ad HILCHENIVM videre contigit, quibus abi-
ens sui erga ipsum animi benevolentiam cum
affectu recludit, vt quoq; legentem admodum
commouerit. Difficilis res est, fateor, & perrara
huiusmodi amicitia: verùm hoc & admirabili-
or haberi debet, & memorabilior. Quod ver-
bum æquè pertinet ad eam, quæ olim orta du-
rat tot annos inter patrem tuum & magnum
ZAMOSCIUM. Nam & hic ipse sapientissimus
ita loquetur: pater autem tuus, vt est modestissimus,
se clientem atque beneficiarium profite-
tur, illum patronum prædicat, & ~~et ergo~~: nec
minus tamen docti & intelligentes viri hanc a-
amicitiam appellabunt ex illa causa, & more et-
iam prisco. Olim enim etiam hoc moris fuit,
vt qui regibus essent à consilijs, siue ipsis perfa-
miliares, amici regum & haberentur & diceren-
tur. De animorum ZAMOSCI & patris tui
coniunctione, mihi minus mirum. Compluri-
um

um enim annorum consuetudo ad interiorem
animorum notitiam, & animos quām arctissi-
mè conciliando valet omnino pluriūm. In-
genium HILCHENII prima fronte, ex interuallo
artes pacis in eo agnouit ZAMOSCRVS: neq;
ipsum ab artibus belli abhorrente superioribus
annis ex re ipsa deprehendit, utriusq; rei existi-
mator optimus. Quis enim tām belli, quām pa-
cis artibus, pace procerum dixerim, in latissimo
isto & florentissimo regno clarior ZAMOSCIO?
Ad prudentiam autem, & eius interpretem elo-
quentiam comparandam, quid non ille impen-
dit? Forti animo laborem subiit & tolerauit à
pueritia, litteras non attigit, vt pleriq; solent, sed
excoluit penetrans in adyta usq; sapientiæ: qua
de causa patrimonium neglexit longinquis adi-
tis regionibus: delegit ex quibus disceret sapien-
tiæ principes & eloquentiæ: familiaris fuit PAV-
LO M A N V T I O Romanæ puritatis & elegantiæ
vindici: sed operam dedit peculiarem CAROLO
SIGONIO. Itaq; non minus dicendo adolescens
præstare cœpit, quām scribendo: nec non hodiè
extant ab ipso prima iuuenta conscripta sedulò
& perfecta feliciter: intelligo quasdam ipsius

lucubrationes post annos quadraginta è scrinijs
demum depromptas, Zamoscij hodie edi stu-
dio A D A M I B V R S I I. Quid non & cogitauit
& inuenit & instituit, quo esset & firmior & o-
mnibus rebus adfluentior Polonia? De plerisq;
constat omnibus: videbat rem bellicam à mul-
tis sæculis constituturam egregiè: nec facile in
ea quidquam desideretur, si desideretur: plures
esse, qui in ea parte regno summè necessaria la-
borent, vt inter se de præstantia & meritis huius
generis contendere videantur. Etsi autem neq;
artes, quibus in ciuitatibus opus est, neq;
studia doctrinæ illic iacuerunt: tamen de vtriusq;
rei perfectione cogitationem suscepit. Sentiebat
namq; cum Cyro, qui fontes felicitatis esse aie-
bat artes in ciiali consuetudine. Asperiora nam-
que ibi omnia sunt, vbi nullæ extant, nisi summè
necessariæ, præsertim si neque ipsæ satis exultæ
esse videantur: quod in paruis oppidulis statim
apparet, quæ, quod ad hoc ipsum attinet, indies
ferè ad ampliores fortunatoresq; vrbes respice-
re necesse habent. Maior erat cura de re diuinio-
re, videlicet de omni liberali doctrina. Nemo
ignorat, vt è vulgo etiam permulti illic degu-
stent

stent Latinas litteras: quod qualemq; studium
vsui esse possit & priuatim & publicè: nec etiam
de monasterijs nec de ludis litterarijs verba faci-
am: academia Cracouiensis, non minus quàm
nostrarum quæpiam in Germania ab vsq; Cas-
miro rege, qui sunt anni circiter ducenti quin-
quaginta, floruit. Auctæ sunt magisq; illustra-
tæ Germanicæ annis non ita multis: certè vt de
hac nostra dicam, multum ab annis quindecim
detersim ignorantiæ, cœpitq; ipsa magis perfici,
& florere, nō aio frequentia, quam vulgus respi-
cit, sed cum cæteris artibus liberalibus, tum sub-
tilissimis scientijs, dolente etiam inuidia & huic
subseruiente calumnia. Calumnia enim omni-
bus & bonis rebus & præclaris factis astat, vt ni-
hil non deformet, vel si nihil queat amplius, ora-
tione eleuet, interdum alia prædicans, quæ nuf-
quam sunt, neque extiterunt vspiam. **ZAMOS**
CIVS autem, qui quantum esset in re litteraria
boni intelligeret, præsertim perfectiore, (nec e-
nim refert stupidos & ignauos facile satiari vmb-
bris rerum) nihil in hac parte omittendum sibi
putauit, suæ naturæ & muneris, quod primum
gereret, haud immemor. Cancellarius enim,

de cuius dignitate satis dici non potest, negotia
quidem ipsa consilijs primo loco explicat & re-
git: sed idem non minus videt & procurat, vt
sint, & qui hoc vna agant, & qui huic sæculo suc-
cedant, yt bonum publicum nullam in partem
nullo deinceps vitio hominum labore. Hos
ita educari oportet, vt in sua officina quarumq;
artium cultores: quando nec architectus, neq;
pictor nascitur, ac ne futor quidem. Ecquis
verò dubitet, officinas esse virtutum, sapientiæ,
& eloquentiæ, quarum neque hac carere possit
resp., academias? In academijs enim si non per-
ficiuntur, quòd longa ætas & multus usus ad sin-
gularum perfectionem depositur, certè ex aca-
demij prodeunt oratores, virtute eximij, & po-
litici viri, non minus, quam aut gladiatores in
campum è ludo suo, aut è schola equestri in aci-
em fortis bellatores. Omnia ore celebratur
in hac re, quid statim conatus fuerit & præstite-
rit ZAMOSCIUS. Primum, quod studium in cæ-
teris omnibus in isto regno maximè esset neces-
sarium, maximè valeret, & in precio haberetur,
tum ob ipsam utilitatem publicam, tum ob di-
gnitatem, in qua cum honore esset interdum e-
molu-

22
molumentum cultoribus; de eo suscepit cogitationem, & ante annos triginta persuasit regi STEPHANO ZAMOSCIUS, cui ille erat in primis carus, regi regum nostri sacerduli de prædicione omnium gentium & sapientum, sapientissimo, qui ut Cyrus, exemplo regibus porrò esse posse videatur: huic verbo persuasit, ut eloquentissimum illius sacerduli M. ANTONIVM MVR ET VM in Poloniam ab urbe usq; accerseret: sed eo Roma carere, nec poterat, nec volebat: deniq; abire MVR ET VM non sinebat ipse pontifex maximus GREGORIVS XIII. Nec eo minus consilium suum urgebat heros ZAMOSCIUS. Itaque non solum oppidum sui nominis condidit, sed eodem loco academiam Zamosciam diuino consilio suis opibus condidit, sic, ut tum professorib. stipendia pendantur liberaliter, tum & pauperes ingeniosi adolescentes alantur, & tenuiores subleuentur. Accersuit autem initio, Leopoli potissimum, viros doctissimos: verum & BRVSIUS Scotus iurisc. ibi docuit: & docent hodiè acciti ex Italia. Eruditè doceri omnia & fideliter narrant, qui illinc ad nos veniunt: idem loquuntur lucubrationes docentium. Namq;
& ea-

& earum nonnullas legimus, & vidimus his diebus librorum indicem, quorum partim Zamoscij in lucem editi sunt, partim edentur breui. Non minus etiam de segete doctissimorum hominum in futurum prouidet. Extrudit enim ingeniosiores, iamq; in academia Zamoscia pulcrè eruditos, ad externas nationes, cum primis ad cultissimam, quæ in Europa secundum Græciam pluribus iam sæculis & mater, & nutrix, & custos optimarum disciplinarum extitit. Cum autem vniuersæ iuuentuti Sarmaticæ, ad tuendum decus patriæ, & fulciendam salutem publicam, rectissimè consultum ciuis velit; quis dubitet, quanta idem cura pater liberalibus disciplinis liberos ad virtutem heroicam & ipsam sapientiam educet? adeoque vnici filij THOMÆ ZAMOSCI valetudinem, mores, vitam credit viris grauibus: alijs alterum negotium dedit, ut adolescentis animum litteris & virtute imbuerent. Hoc præstat BOZINIVS, cuius singularem doctrinam ex ipsius pererudita lucubratio uncula perspexi. Præter autem linguas, quas siue Musarum, siue Mineruæ dixeris, discit & Turcicam & Germanicam, Polonis finitimarum gentium.

29
tium. Superstes sit patri summi ingenij, & amore litterarum virtutisq; sub pubertatem flagrans filius. Redeo ad herois magnificentiam: quæ primi boni in eo genere prima sit, etiam si alijs ita non videatur: nec id ego nunc dispuo. Ab eo secunda, quam nec iniuria illi parem censeas: quod imitatus item reges optimos & potentissimos, virtutem ex humili loco euehere, & mediocri stantē altius collocare non dubitauit. Namque SIMONEM SIMONIDEN, virum integerimum, & longè doctissimum: de cuius virtute testimonium ferunt ad nos quoq; multi, cuius scripta ipse cum voluptate & admiratione legi, veterum sapientiam redolentia, & honoribus affecit & opibus auxit: iamq; huius amici & familiaris consilijs & opera vtitur in rebus grauisimis: præterquam quod habet suarum immortalium laudum veracem & luculentum præconem. Patrem tuum ex calamitate Liuonica emersum cum omni familia hospitio accepit: cumq; de eo tuendo, ornandoq; inter se contenderent ARCHIEPISCOP. LEOPOL. COMES OSTROROGIVS NICOLAVS & ZAMOSCIVS, huius patronorum principis auctoritatem sibi

E

sequen-

sequendam censuit, à quo Orischouianum et-
iam perfruendum occupauit: iamq; non minus
quam antè ex dignitate sua viuit, & munus am-
plissimum absq; sordidis curis gerit. Hic ambi-
go: vtrum ego magis prædicem Z A M O S C I V M
qui benefacit, an patrem tuum, qui beneficium
accipit? Etenim ex accepto ab heròe beneficio
commendatio oritur ad omnes, & simul laus
singularis. Nemo enim suspicatur, nec fieri po-
test, vt tantus censor beneficiū temerè in quen-
quam conferat: quod autem contulerit in virum
tot annis cognitum & spectatum, id sapienter
& rectè factum quiuis facile intelligat. Hoc vi-
tæ instituto perpetuo, quo sibi deuinxit proce-
res, & hunc isto genere, principem, non solum
fortunam in ordinē redegit, sed inimicos etiam
luculentè refutauit: quos virorum præstantium,
quibus exitium machinantur, laus à laudatissi-
mis profecta vrit maximè: vrit eosdem, si fama
scriptisq; celebretur, quod illi præclarè gesserint.
Habet omnino duplex bonum in se inuidia, vt
inuidos maximè excruciet, & virtutem magis
exfuscit in viris præstantibus, & nolens ipsa vo-
lens eorū gloriam illustret. Imperiti enim quos
etrouper

aliorum malevolentia in suam sententiam vel
sinistram suspicionem pertraxisse videri poterat,
animaduersa fraude incipiunt iudicare rectius,
conspictu nouæ & auctioris virtutis, & cen-
sura cognita exterorum, quos res nudæ affici-
unt, affectus nusquam abripiunt. Nec temerè
est, quod audio patrem tuum ciuib⁹ esse carum,
vt inuidi contra pugnant: verū hi per me vale-
ant. Qui in me decurso pānē spatio (etenim
potissimum vitæ tempus cum tranquillis homi-
nibus vixeram absq; omni offensa, quod fuit et-
iam mihi semper studio, & erit porrò, ne quis
mea culpa mihi succenseat) irruerunt, eos pati-
enter tuli, nec vnquam aliquid mali ipsis impre-
candum puto: opto, vt se & errorem suum agno-
scant, quo ipsis nihil cuenire possit beatius. Sed
ad institutum redeo. Miserrimus fuit sub id tem-
p⁹ status Liuoniæ: quo mirificè affectos omnes,
in quibus vbi cunque gentium esset aliquid hu-
manitatis, vidimus. Affligebatur enim simul
bello, peste, & fame: quod malum ipse quoq;
deplorauit deprecans his versibus, qui ostendunt
nō meam solius, sed commiserationē omnium:

Cedat dira famæ, (dictu grane) qualis ab anno

In tantam rabiem conuertit Liuonas acres,
Non ut iam glandes legerent, uut arbuta dura:
Namq; etiam carnes iam sole geluq; perustas
De cruce pendentum mandebant dente ferinos;
Iamque aliquis ferro, vel duræ pondere clauæ,
Robustus deiecit egenum virium in escam:
Quodq; fidem superat, crudelis & anxia mater
Dira carne suæ confersit viscera prolis.

Bellum autem erat trium malorum, cui humano præsidio resisti posset, potissimum: ad hoc propulsandum accurrit sapientissimus dux copiarum Poloniæ ZAMOSCIUS: qui necessarijs patriæ temporibus nunquam defuerat, adeoq; proximè Dacos in acie adortus ad internecionem fuderat, reliquias fugarat. Ad hoc igitur et iam incendium accurrit: præsto fuerunt Palatinus FARENSBACHIVS, nec non COMES OSTROROGIVS, itemq; alij: & operam egregiam ibi tum patriæ & regno nauauit DAVID HILCHENIVS, pater tuus: & se quoq; vtroq; tempore ciuem probauit patriæ, Mæcenatis exemplum secutus. Rex enim SIGISMUNDVS, qui & ipse in Liuoniam venerat, cum ex certis hominibus accepisset, non minus animo valere patrem tuum quam dicendo, eum cum trecentis ad

ris ad castellum Roneburgum misit: ille quidem
impositum præsidium commouit, sed ad dedi-
tionem ibi tum non permouit: plus paulò post
profectum fuit ad VVolmariam, quando & pri-
marij duces in ditionem accepti fuere, & alij
& Carolus Caroli ducis filius: neque non plura
castella partim persuadendo, partim stratage-
mate ab hoste auertit ad regem, Ermessum vi-
delicet, Helmetum, Nouogrodum, quo dedito
Russiam aperuit vnde comeatus adueheretur,
Cirenpecium, Mariæburgum, nihil horum abs-
que periculo: consilium petebat à ZAMOSCIO,
& ab hoc confirmabatur litteris, quarum aliquas
mihi legere contigit: neq; non adhibitus fuit ad
tractationem arduam de pace, cum vnâ legatio-
nem obiret cum eximijs viris STANISLAO
KOSSA, ANDREA VVOLEVICIO & SIGI-
MVNDOCASANOVIO. In hisce negotijs ge-
rendis inuenit etiam remedium aduersus calu-
mniam. Qui enim non contemnat priuatos ho-
stes, qui adoriri non extimescit publicos? Idem
verò sibi laudem ex laude parat, atque subinde
nouos sibi patronos conciliat. ZAMOSCIUM
autem quibus artibus suum fecerit indicaui an-

tè: sancè non queo huius herois acre & perpetuum virtutis tuendæ ornandæq; consilium satis magnificè extollere. Quæ recensui præstitit præstatq; patri tuo: nec ijs contentus, publicum præterea testimonium dixit de eius in patriam & regnum ipsum meritis: idq; in comitijs regni, qua solennior nulla esset panegyris, & ad regem potentissimum & ad amplissimos regni ordines, his etiam ipsis suffragantibus. Hac non inani, nec ambitiosè corrogata, sed perpetuis vigilijs & laboribus parta gloria fruetur pater tuus, &, hac ipsa tanquam clypeo excipit & retundit maledicta & calumnias hostium. Hunc vitæ cursum ab vltima pueritia in hanc à graui proximā ætatem tenuit, nec ab eo defleget quo ad huius vitæ usura fruetur. Namq; molestias tolerabit, labores vltro suscipiet, pericula subibit, poscente regno & patria, atque ita charus erit bonis ac præcipue principibus viris, inuisus inuidis, expofitus calumnijs, veræ laudis haudquam expers. Filios eodem modo ad eandem militiam educat, & ipse vos instruit quotidiè salutaribus præceptis. Cum verò negotia procurat regia, quæ patriæ non minus rectè dixeris, vel Zamosciana,

sciana, cui viro se debere nihil non s̄apē p̄ædicat, vel sua, boni patrisfamilias fungens officium; p̄æstō vobis sunt, non solum qui de minutissimis quibusq; vos, quod ad litteras, erudiant, sed etiam de singulis moneant, quid fugiatis & detestemini, quid faciatis & esse pulchrum existimetis. Hoc pacto & declinantur & exiuntur vitia: & virtus acquiritur, in cuius possessionem qui primum venerit, is in tuto nauigat, aut certe in alto per medios etiam fluctus appulsus huius vitæ bonorum non prorsus exors fuerit. Facilius autem & tu & fratres tui consequemini omnina, si exprimere ad viuum patris virtutem entemini, quam vobis ad imitandum hac lucubratiuncula tanquam in tabella proposui. Nec enim sit exemplum, quod vos & propriū attingat, & magis excitet, quam hoc ipsum. Nec refert, etiamsi, quæ perscripsi, per ætatem neque dum capere valeatis. Volui hoc esse quasi aliquem fructum amicitiæ, quam tot annos virtutis littarumque caussa cum patre vestro colui, & mei erga vos amoris argumentum perpetuum: vobisq; vsui futurum, donec paternam virtutem ipsimet recte viuendo patriæ repræsentaueritis.

Leges

Leges igitur hæc, donec & plenè intelliges, & ex
ijs te proficere animaduertes: dabis & fratribus
tuis legenda; quibus velim esse persuasissimum
nihil me scripsisse, quod non æquè ad vniuerscu-
iusque salutem spectet. Te quidem quod natu-
primus es, potissimum compellandum censui:
nihilo tamen minus pari amore vos com-
plector. Valete. Helmæstadio, ex
acad. Iulia, idibus April.

C I C I C I C I



33



IOAN. CASELII
ПРОГРАММА
IN
ΒΑΣΑΝΙΣΤΗΝ
THEMISTII

Ad reliquias liberalium disciplinarum studiosæ
iuuentutis in academia Iulia.

3.



HELMESTADI,
Ex officina typographica Iacobi Lucij.
ANNO CI CI CVI.

BAΣΑΝΙΣΤΗΝ Themistij altero abhinc anno
typis publicandum dedi, quem vobis per otium
interpretarer: nec, ut tantum de Græco Latini-
num vtcung facerem, quod etsi non præcipu-
um, aliquod munus interpretis est: sed vos ex-
hortarer, aut etiam impellerem, si qua esset in me ad persua-
dendum facultas, ad sapientiæ studia seriò colenda: cæteros,
qui in ijs sint, vel esse se profiteantur, hac dissertatione, è me-
dijs libris philosophorum principis de rep. deprompta, erudi-
rem, quemadmodum de se nihil temerè statuerent. Ita enim
ex amore parùm probo (φιλανθία dico) plærifq; cæcutimus, ut
magnos esse nos, sive egregios, facilè nobis vniuersiq; persuadeamus,
extrema interdum, magna sèpè virtutis & doctrinæ
penuria laborantes. Quibus autem vtriusq; copia est, hi de-
mum inter mortales re ipsa magni habendi, omnibus optimisq;
de causis, existimantur. Qui autem ex genere, potentia, dini-
tij, forma, viribus corporis, & quibuscunq; fortunæ bonis, se
magnos opinantur, aut à plærifq; esse iudicantur, ridiculi sunt
in iudicio sapientiæ, potioribus destituti, quibus illa quoq; ve-
rè magna aliquando funt. Sed relinquamus, quotquot fini-
strè de rebus plærifq; libenter sentiunt: nobis, qui sententias
veras & amamus & aucupamur, & amplectimur, cum primis
opera danda est, ne in censura de nobis metipsis, aut quam mi-
nimùm, ballucinemur, sive, ut cum verbo à priscis cele-
brato loquar, ut nos metipsi, quisq; se, maximam partem,

Zan: 48/73/11789(X)

noueri-

34

nouerimus. Vix enim in quemquam cadat, ut se penitissime
nouerit. Sed ad principium potius reuertar: statim id inter-
pretrandæ huius nobilissimæ, & prorsus aureæ orationis munus
aggreedi non potui, quod vix diem mibi prætermittendum du-
cerem, quin præstò essem principi F R I D - H V L D E R I C O .
Sic enim cogitabam, & in sententia perseuero: quicunq; ad hu-
iis heroicæ indolis in regijs virtutibus informationem suo loco
aliquid operæ conferat, benè illum mereri, non minus de ha-
rum nationum futura, quam de præsenti repub. ac, ni fallor, de
vniuersa Germania: adde, quod idem litteris & virtuti ma-
ture certum conciliat: quem ego locum pluribus illu-
strarem, si hic commodum esse arbitrarer. Itaq; defuisse mu-
neri meo, videri nemini debeo, nec possim, si quis æquitatem
humanitati consentaneam ad indicandum adferat: etiam si te-
nitas valetudinis meæ ab operis publicis aliquantò diutius me
detinuerit, quam sperarim, aut voluerim. Animus enim idem
michi est in iuuanda iuuentute, qui fuit ab annis quinquaginta:
per vires tum quoq; tenues, quod potui, præstiti, bona fide, se-
dulò, perpetua cum diligentia, nulli præterea rei, quam veri-
tati consulens. Veritatis studium & defensionem, quæ à quoq;
profici sci possit, in vita deserere non debemus: operarum au-
tem assiduitatem, vt robustus imbelli clauam de manu, ita no-
bis annis ingrauescitibus extorquet lubentibus, iuuitis, rerū
ordo, siue fati necessitas. Proinde non solum inhumanus sit,
sed naturæ quoq; nouas leges ferre videatur, qui à senibus la-
bores virorum aut iuuenum flagitet: neq; adeò esse quemquam
superioris sententia arbitror omnium, qui senectutem sperret:

quam qui deprecaretur, vidi neminem, nisi qui nihil esse, quam
homo mallet. Accessit autumno grauius malum publicum, quod
singulos repente conturbauit admodum: ego certe, si me inspe-
ratis curis fractum, & metu ingruentium calamitatum deie-
ctum negem, ascribam mihi plus animi, quam habuerim. Ne-
que sanè mirum, iuuentutem academiæ Iuliæ, tum florentissi-
mæ, ex eo tempore aliò migrasse, partim consilio suo, partim
crebris importunisq; suorum litteris auocatam: mirum, mansi-
se in hac statione aliquos: id quod factum autumo diuinitus,
ne in uniuersum deserti ab omnibus, aut omnino vastati vide-
rentur horti Musarum. Pluribus autem de causis mansionis
vestrum neminem paenitere poterit. Namq; de cæteris non ne-
mo auulsus fuerit à litteris, qui delitescerent aliquandiu domi,
sive ut huc, otio restituto, redirent, sive ut commodo suo aliò
se conferrent: aly in aliorum consuetudinem & ad nouas ra-
tiones se contulerint, quod raro cum commodo fieri consuevit,
plærumq; cum dispendio. Vos interea unâ nobiscum in graui,
nec vano metu quidem fuistis: neq; tamen à litteris prorsus ab-
fuistis, & in hoc litterario spatio, si non curriculo, at pedeten-
tim quotidiè proceditis, quando, licet in hunc diem non omnia
prorsus salua firmaq; sint, tamen periculum amotum confidi-
mus, quod imminere cœpit, & durauit ad ver usq; medium.
Insuper commodum adeptos singulare præ cæteris, vestrum
dubitare velim neminem: hoc ego vobis modo explicabo, & ab
aliquot annorum spatio magis agnosceris ipsi. Futurum enim
certò est, ut non paullò aliter indicetis de rebus mortalium,
quam vulgus, aut qui talia experti non sunt, quorum plenior
cogni-

35

cognitio, ex re praesenti parta, humanæ vitæ prudentiam mi-
rificè acuit. Etsi enim ad nos etiam quotidiè tam falsa, quam
vera, allata sunt, cum paßim orbis personuerit mendacys &
calumnijs, quibus veritas negotij premeretur, & atrocissimæ
iniuriæ aliqua iuris specie palliarentur: tamen semper à pa-
nis diebus, quæ in re essent, certius cognouimus. Potestis igi-
tur, & poteritis olim, vbi cung gentium, testimonium dare
veritati, & innocentiae, & iustitiae caußam dicere vos quoq: :
quod est optimi cuiusq: munus, bonorum defugiendum nemini.
Quod qui vel per se intelligunt, vel sese moneri patiuntur; iam
quoq: bonum fructum suæ apud nos, quamvis difficilis, commo-
rationis capiunt. Monere autem hoc inde mibi in mentem
venit, quod respiciens saeculum, quo ante annos sexaginta ma-
gna clades illata etiam fuit hisce ad Hercyniam prouincys,
vnde exarsit postea bellum Germanicum, cogito, quæ tum di-
cta, gestaq: sunt, & consignata monumentis litterarum: de-
quibus aliter omnino nunc sentio, atq: tum populus loqueba-
tur, & aliqui scriptis prodere impudenter, non verebantur.
Etsi enim sub adolescentiam meam illa gerebantur: tamen
cum exercitus duabus vicibus ipse oculis viderim; neq: modo
plebis, sed etiam aliorum iudicia audierim, quæ tum per æta-
tem non discernebam; multò post deprehendi veriorem illius
temporis historiam, quam quæ in manibus est hominum, si non
facta & exitum, sed consilia & animos consideres. Nec infi-
cier, me deinceps prudentiorum sermonibus eruditum: quo
minus dubito, me meosq: æquales, litteris munitos, & usu re-
rum præditos, de omni illa historia siue negotijs illius tempo-

ris, sentire sincerius, & differere ad alios posse rectius: et si
ipse hodiè præter commemorationem narrationis nihil nisi il-
lius ætatis statum turbulentum deploare posse videar. Qui
autem in primo orbis senatu, & illa cognouerint, & hæc rectè
cognoscant, multum adferre possunt adiumenti, tum ad leni-
endas præsentes miserias, tum ad auertendas in futurum gra-
uiores, quæ facillimè exoriantur, & certò repullulascant, nisi
mature malo eatur obuiam auctoritate summa, aut Dei opt.
max. prima. Hæc ex occasione præter institutum scripsi plu-
ribus, profutura & alijs, si talia lectione dignentur & consi-
deratione: vestrum etiam nonnullis, quibus aditus erit ad ali-
quam partem reipublicæ. Ad remp. autem & vitæ humanæ
rationes non malè se parat, qui se intimè explorat, tum vt fi-
bras vitiorum euellat, quas potest, tum vt virtutis aliquid si-
bi adsciscat, tum, vt vbi cognorit, quis, quantus, quantulüs-
ue ipse sit, & intra metas sui ingenij se contineat, neq; locum
tamen, quo à domino vniuersi constitutus fit, studio voluptu-
tum, socordiæne deserat. Ego iam, quibus videbitur, vos hoc
Themistianæ orationis filo, quasi Ariadnes, ex Labyrintho
falsæ de nobis opinionis ad certiorem nostri agnitionem du-
cam. Hoc enim agit hæc exploratio: quamquam philosopho,
aut sapientiam sibi somnianti, potissimum proposita, si tamen
fieri possit, vt sophista ad saniorem mentem reuerti cogitet.
Quotus verò etiam quisq;, qui limites modestiæ migrare mini-
mè existimetur, non sibi plusculum tribuit? Ut igitur vindicemus
nos ab hoc errore non leui, accedamus ad hoc Platonici-
cum speculum, vt sordium agnitarum aliquid abstergamus,
bono

*bono nostro, & aliquo fortè publico. Tanta enim vis cuiusq;
boni est, ut sua, quamvis parua, scaturigine riuiulos quoq; e-
mittat in viciniam.* *VALETE.*

*Helmst. in acad. Iul. idibus Junij cI*o* Is ev*l*.*

E I M A P M E N H
vitæ mortalium.


QUi vitam cœlebs sine prole & coniuge degit,
Hic omni mihi stat sine cura in littore tutus,
Aspiciens pelagi fluctus, nauesq; natantes.
At sociam vitæ malis, & pignora lecti!
Cœruleos inter fluctus iactere necessum est.
Quin si tranquillum mare sit, neq; turbidus aér,
In spe tam liquida sœuissima quæq; timebis.
Sed quia rex regum statuit, qua lege creatus
Sis, generes alios : huic auscultare negabis
Auctori? Fac, fer, securus cætera, summus
Quæ iubet ille pater facere, & fieri ordine certo.
Mandat! ades: placitum est! viuas: vocat! ergo re-
cedas.

EIPH.

E I P H N H.

PAX D E V S E S T : D E V S I P S A S A L V S . Q U I
v i u e r e m a l u n t


Nequiter, arbitrioq; suo, non legibus æquis,
Hos pater iratus funesto Marte coërcet,
Qui populetur agros, & quo suis ense trucidet,
Mœnia qui subuertat, & exulta omnia fœdet,
Qui cultusq; sacros abolens artesq; Mineruæ,
Barbarie Scythica nostrum quoq; compleat orbē.
Tum verò delubra dies noctesq; frequentant
Demissis animis cuncti, veniamq; precantur.
Ille bonus tandem fletu multisq; querelis
Flectitur, & læti firmat spem protinus otij,
Et desperatæ reddit sacra commoda pacis.
Sic pariter vigilant, Cæsar regesq; ducesq;:
Hoc agit ex animo iam dudum Guelphius heros,
Iustitiæ vindex, meritis & pectore præstans.
Ergo bonis vitæ circum circaq; fruemur:
Quisq; modò officium rectè faciamus, & vltrò
Imperij se se submittant legibus omnes.
Leges dant populis pacem, rerumq; potenti:
Et norunt leges ijsdem seruare salutem.





ПРОГРАММА
Sub dies festos Paschatis,
P.P. in academia I V L I A.

4.



HELM AESTADII,
Excudebat Iacobus, Iacobi F. Lucius.

clo. Id. ciii.



IOANNES CASELIUS
PRORECTOR, STUDIOSE
iuuentuti in academia IULIA,

3an 48/73/1789(X) S. D.

AEc studiosæ iuuentutis sub dies festos in academijs compellatio, vnde nata sit, & quid sibi velit, facile est existimare. Viderem viri docti & pij multiplices otij sacri abusus, & huic malo aliquam medicinam facere conati sunt. Attulere igitur in medium, ut opinor, non doctrinarum explicationem, tanquam orationes sacras, quæ essent deinceps exspectandæ, & accipiendæ ab ipsis theologis, sed cohortationem, qua animos, ista ætate facile fluctuantes, ab omni prophanitate arcerent, & in meditatione religiosa retinerent. Sic dies festos rectè agi, & Deum sanctè coli iudicabant: quod & maximè vnicuiq; nostrum saluti esset. Hanc mihi curam modò incumbere

bere arbitratus, non multis verbis vos allo-
quar. Moneo autem vos & obtestor, vt ipsi
præmeditemini, quæ pia sunt & sancta: auer-
semuni mores tum in cultæ multitudinis, tum
quorundam etiam felicium. Quibus enim
domi abundè sunt omnia, vt etiam superfit,
vt plurimum corporis voluptatibus se dedunt,
nec se dies festos agere putant, nisi vitam in
voluptatibus agant: domi iubent esse splendi-
da omnia: purpura & gemmis & auro ornati,
comitati seruulis, in publicum prodeunt: con-
uiuia apparant ex conuiuijs. Plebs autem,
quasi nuncio labori remisso, ad helluationes
se conuertit: si quid superioribus diebus cor-
rasere, aut comparsere, id in sordidum luxum
vertunt, vt religio plærifq; sit, sobrios apparere
in via. Itaq; diem festum Antisthenes appellabat
ταστιμαχίας ἀφορύλον: ac si dicas, occasionem
ad faciendas ventri delicias. Videbat enim
plærifq; tum remissè negligenterq; viuere, &
intemperantiæ se dedere, quando pietati &
temperantiæ maximè studendum esse nemo
non existimaret. Sic ille: cui de vero cultu nu-
minis nihil constabat. Mouere tamen sapien-

tis viri iudicium nos debet , à recta ratione profectum. Sic enim ille sensit , & rectè sensit ; quisquis sit ille , quem pro D E O colas , nequam esse colendum vitæ impuritate : quod nemo sanæ mentis hominum videtur ignorasse . Namq; de Satanæ mancipijs nihil dicam , qui sceleribus & sacrificijs humanis numen placari , furijs acti sentiebant : cuiusmodi gentes & in hunc diem esse cognoscimus . Itaq; vetabant illotis manibus sacra tractare : alij non ingredi ædem nisi veste munda permittebant : nec licebat Pythagoreis obiter deos salvare . Hæc & alia cum viderint , qui vera sacra non viderunt , quam turpe nobis est , ipsa nescire vel negligere ! turpius , mores ethnorum sequi , & quo tempore mentem desixam in D E V M esse totam oporteat , procreationi voluptatum corporis operam dare , quarundam adeò impurarum , à quibus bruta abhorreant . Plæraq; enim necessarijs contenta , naturæ leges in hac parte neutiquam violant . At nos vino & cibis corpus obruimus ; & ad eandem ingluuiem prouocamus alios , ne soli occidamus : atq; id veluti singulare beneficium vide-


videri volumus. Tanta vis est prauæ consuetudinis, ut satis bonos etiam, tamquam in eadem nauis vectos, secum auferat. Neq; tamen non omnes contrâ niti oportet: sed quemq; nostri ordinis maximè, quibus otium est ex otio, quòd vacui ab alijs operis & laboribus perpetuum litterarum atq; veritatis studium colere nos profitemur. Impietas est, ex tam sancta vita, (quid namq; sanctius, quâm veritatem, qui certissimus est humanæ vitæ sol, amare, admirari, indagare, inuenire, & ea, posthabitis omnib⁹, perfungi?) procul abeentes, orgia facere ex orgijs: quod utinam à nemine fieri videamus. In quo q; sunt, ratione proiecta inscitiae & furori sacrificant. Et enim cognoscere doctrinæ nihil student, & quod studere videri nolunt, in hoc proficiunt, ut tūm se, tūm alios, in alias atq; alias calamitates præcipitent. Namque ex talibus festis talia nefasta & nefanda fiunt: quæ amoliri plæraq; temperantia possimus. Hanc propterea Græcus poëta ad proximum pietatis parietem habitare cecinit: quòd à temperantia ad pietatem transire non sit difficillimum: alterum certè patet, ab intempe-

rantia ad impietatem esse decursum siue rui-
nam facilem. Impietas autem omne in se cri-
men, & ipsum exitium complexa est. Qua-
re si pijs esse, aut saltem haberi volumus, quod,
ni fallor, omnes velint, si dies festos legitimè
agere, καὶ ἀγνάζειν, in animo habemus, sobriam
vitam agamus, & epulas cœlestes, quisq; ani-
mæ suæ, tota mente dispiciamus: immo ob-
latas liberaliter, accipiamus absq; fastidio. Bo-
norum cœlestium famem & sitim sedare, in
promptu cuiuis est, & sanctum, & tanto die
festo dignum, quo aliud, quam de meliore vi-
ta, & præmijs piorum, meditari nefas est. Adi-
te frequentes templa, attentè audite cœlesti-
um diuitiarum euangelistas, neq; non hono-
rem ijs οὐτὸν εὐόλων habete. Iniquum enim sit
eos egere caducis bonis, qui æterna nobis di-
uidunt: idemq; ingratum in omnis boni
largitorem videatur. Valete. Helm.
in acad. I V L I A pridie
Paschatis.

cIc, Ic, cIII.

ΦΙΛΑΛΗΘΗΣ.

ADsero fidenter quiduis per templa Mineruæ,
 Adsere de studijs Sophiæ, de rebus agendis :
 Quæ mibi, quæ cuius, cur non tibi libera sit vox ?
 Sed nego, tu me cui iubeas, nego, te ipse iubebo
 Mancipio dedas : vero mens seruitat' uni.
 Namq; tibi si quid temere persuaseris, æquè
 Nos quoq; credere idem sine caussâ, credere noli,
 Sponse tua mecum potius descende in arenam,
 E qua non dubia palma cum laude recedes.
 Nam tua siue catus caussarum adamante ligaris,
 Victor ages diua tibi decernente triumphum :
 Sive tuam mentem vero submiseris vtrò;
 Te quis in hac ausit pugna cecidisse bonorum
 Dicere, cœlitibus qui iam par esse puteris ?
 Ipse equidem si me diuexet opinio demens,
 (Quando quisq; hominum non uno errore tenemur)
 Principio mihi visa aliqua ratione tuebor :
 At simulac nodos dissolueris arte magistra,
 Et verum, quod me lauit, monstraueris orbi,
 Nugas projeciam in ventos, & cerula ponui,
 Et verum & veri vestigia pronus adorans.
 Verum nos statuis cœlesti in luce beatos :
 At falsum miseris tenebris demergit auernis.
 Hoc velis & equis primo fugiamus ab oru,
 Sed verum summis imusq; in rebus amantes,
 Plus auro, vitaq; omni sectemur in auo.




100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000

John Coker

IOANNIS CASELII
AD
GVILELMVM HENRI
CVM CRANICHFELDIVM, PA-
tricum Erphurdensem


Epistola
ΠΑΡΑΙΝΕΤΙΚΗ.

*Eiusdem aliae, plaræq; eiusdem
generis.*



HELMAESTADII
In academia Iulia, excudebat Iacobus
Lucius cto. 10. XCIV.

Οὐ πάντα τοι χαλεπόν, Φωίης, ἐπέρω τῇ παρεντεῖ
 στὶ γὰρ τὸν καὶ παντὸν γέ φάδιον στειλαδό.
 φημι δὲ καύτος τοῦθ', ὅτι ἀποῆς μέσωστα μέλα
 αὐτίκα πεσθάξει, ἐπεὶ θυμός μιν ἄγωθι.
 καὶ θερζήπων θερζίποι, καὶ γὰρ Φρονέων Φρονέοι.
 εἰ δέ πις αργαλέως σὺν πεάγματι μήποτε ὁρθῆς,
 γλιχορδίω δέετης πολιτίμω, χρυσῷ ἔσται,
 ἢν δὲ τοχῶν, εἰ καὶ πεποίδων επιδουέεις αὐτοί,
 οὐδέ πεν εὗ Φρονέων ὕποθοῖτε εὐγνάμονα Βελιώ
 γηιδίως, ὃ γὰρ ἂν σὺν Αἴγινῃ Βέλιον εύροι.



4 αν. 48/73/11789 (X)



42

GVILELMO HENRICO CRANICHELDIO

S. D.

JOANNES CASELIUS.

Vamdiu domi meæ vixisti, Cranichfeldi, si quid inuenissem, quod ex usu tuo foret, de eo te quotidie, ut filios meos, monui. Tu vero accipiebas lubens & laetus, quidquid dicerem. Nec enim in omnibus erat aliquid asperum: & nihil nisi in tempore monui: certe ut id facerem, singulari mihi curæ fuit. Ipse vero de quibusdam te scripto quoque doceri, siue confirmari iubebas, cum videres & alios me interdum compellare per litteras, ut magis perspicerent amorem meum, & certius intelligerent, quid in aliquibus sequerentur, quando cum ita scripsisse, ipsis loco indicis forem. Itaque tibi quoque morem gessi, nec operam lusi. Non solum enim auidè legebas à me talia, sed cum voluptate relegebas, & partim te confirmabas iudicio meo, partim si

A 2

quid

quid consulerem noui, id tentabas, vel potius se-
quendum tibi iudicabas. Non enim puto, acci-
disse, vt vna eademq; de re te iterum monuerim,
aut si in hoc fortè erravi, non fuit sanè necessari-
um. Neq; verò nunc in vllam partem opus esse
iudico, vt tali genere litterarum ad te vtar: ve-
rūm, cum me ad scribendum ipse prouocaris,
quid scribam potius, quod me sit dignius, aut ti-
bile lectu gratius? Nec sanè possum hoc officij ge-
nus omittere, postquam à nobis abijsti, vt intelli-
gas, me eadem benevolentia erga absentes esse,
qua erga præsentes soleo. Sed neq; hæ animi mei
rationes tibi incognitæ sunt, quas pænè tres an-
nos perspexeris, quo omni tempore & familia-
res, & qui vnâ tecum hic essent, & qui abiissent,
mihi perinde caros cordiq; esse, animaduertisti.
Habebis igitur hoc quoq; mei in te amoris mo-
numentum, quod etiā aureum non est, tamen ti-
bi auro contra carum erit: quod ipse minimè du-
bito. Soles enim, quæ ex animo depromuntur,
pluris facere, quam quæ ex arca, cumq; horum
non egeas, illa magis desideras, nec repudianda
existimas, quanquam vtroq; genere abundas, &
fortunæ, inquam, & ingenij bonis. Ego autem
& de-

& de his, & de illis nihil noui tibi præcipiam, sed 43
his præceptis, si tibi talia esse videbuntur, non
tam erudiam animum tuum, quam collaudabo.
Sunt enim in te iam, quæ esse iubeo, vel eorum
siue radices, siue semina bona: sunt natura, quæ
fouit educatio, perfecerunt in te litteræ, vel hoc
agunt, ut perficiant, si easdem, ut haec tenus abste
sedulò factum fuit, porro audies. Magna fuit ea
infelicitas tua, quod pupillus fuisti ab infantia:
sed felicitas maior altera, quod ita educatus, ut
parentes ipsi non potuissent melius, omni etiam
cura adhibita. Satis intelligis, quantum debeas
ijs, qui te paruulum Antonio Mocero in discipli-
nam tradiderunt, cuius domi tot annos non fru-
stra vixisti. Iecisti enim apud eum, eius perpetua
cura, & opera, & fide, fundamenta modestiæ &
litterarum, adeoq; ipsi, viro optimo, deq; te opti-
mè merito, non minus debes, quam parentibus,
à quibus vitam habes, & lautum præterea patri-
monium. Plus te debere ipsi fateberis, à quo ac-
ceperis vera virtutis & sapientiæ principia: quod
ego tibi satis intelligenti, non declarabo fusius
per epistolam. Postquam adolescens permode-
stus, & initijs boñæ doctrinæ non leuiter tinctus

ad me venisti, statim mihi tui amandi satis caussæ
fuit, ut non dicam debuisse me tibi omnia pro-
pter eos, quia te mihi crederent, vel propter unum
illum veterem familiarem meum, consanguine-
um tuum, qui patris animum erga te gereret. Læ-
tus eam curam suscepi, quæ pro vestra adolescen-
tia gerenda est: lætus semper sustinui, quamdiu
hic fuisti: lætus deposui, cum altero abhinc men-
se abires, si modo eam deposui, quæ in huius scri-
ptionis omnibus adhuc partibus occupata est.
Non prædicabo ad te studia & officia aduersum
te mea, quæ te agnoscere, & tuis exponere, quo-
ties nostræ consuetudinis mentio fit, non dubito.
Quod, quidquid tuo nomine vel conatus fui, vel
feci, semper benè positum fuit, id vehementer
lætor, teq; mihi in omnibus dicto audientem fu-
isse, alijs exponam. Tute ipse sic tibi conscius es:
nec rideres solum, sed succenseret quoq; mihi,
si te in eo in os laudarem, vbi nihil laudis fuisses
meritus. Ego vero tibi non adulabor, qui ne re-
gibus quidem possim. Coluisti certè ea studia,
sive eas litteras, quas ego tibi laudarem, & con-
uenire præ cæteris, nec imperitè, nec falso iudi-
carem: coluisti autem ea diligentia, quam pro-
barem,

barem, siue qua maiorem in te & aequalibus tuis
non requirerem. Eam tu facile praestabas, & qui-
uis ingenio praeditus, facile praestet: qui non faci-
at, frugi non sit, & nullius adeo exspectationis.
Scis enim, ut qui ad rem publ. educantur, eos ego
nec libris affixos totos dies assidere, nec o-
mne genus doctrinæ deuorare iubeam. Istos
namq; sedentarios, quæ foris essent, & res, & ho-
mines, omnia ignorare: & istos omnium scien-
tes, illud raro attigisse, quod vnumquemq; ante
omnia scire oportebat: & eorum vtrisq; nihil in
mentem venire de semetipsis cognoscendis, sæ-
pè animaduerti. Itaq; præcipio meis, præsertim
tui loci atq; ordinis, familiaribus, ut quod satis est
temporis, tribuant litteris, & eas litteras, quæ ma-
xime necessariæ, & ipsis conuenientissimæ sint,
vel solas, vel eas potissimum colant. Sed neq;
hoc neglexi, quod modo dicam, & summè ne-
cessarium esse duco. Præcipio enim rectum spa-
tium ingressis, ut quotidiè, si non procurrant, sal-
tem aliquantulum procedant, nec subsistant ali-
cubi ad dies aliquot, nec se teneri voluptatibus,
aut quarumq; aliarum rerum studio, patientur.
Tamen si qua sint huic instituto consentanea, fa-
cile

cilè vobis permitto, quibus vestram ætatem nula parte impediri, sed mirificè etiam iuuari sentio: siquidem qui ad opus accedunt alacriores, plus agunt, quam cæteri. Quin ex ambulatiuncula, lusu pilæ, sermonibus, si ex interuallo instituantur, & corpori, quod aliqua vires corroborant, aliqua valetudinem tuentur, & animo, adiumenti plurimum accedere sentio. Quis etiam nescit, iacente corpore, iacere & animum, hunc vigere magis, illo vigente? Nec esse aliquem existimo, qui de Musica dubitet, siue voce canas, siue fidibus. Ei descendæ quod temporis tribuitur, id minimè perit: nec tum quis ab ripitur ad studia, ut uno verbo dicam, nostris studijs contraria. Qui se in ea exercent aliquando, siue domi, siue in conuiuio; iij in oculis Musarum, & bonis approbantibus, & ingenium acuunt, nec inde nihil accedit, quod iuuet, ad elegantes aures auscultantium. Rectè verò tu quoq; quod huius generis tecum attulisti, apud nos, ni fallor, auxisti etiam. Etsi autem sunt, qui, abusi arte ista diuina, ab ea ad voluptates potius, vulgo ita dictas, quam ad litteras, in quibus sinceror est voluptas, transciunt, tamen de ea adeo non dubito,

bito, vt neq; de palæstra dubitem. Nec enim,⁴⁵
qui modicè tractationi armorum student, pro-
pterea aut fiunt ferociores, aut litteras negligere
necessè habent: neq; tamen ipse cuiquam gla-
diatoriam commendo: nec gladiatorum animos
& mores probo, sed multò magis detestor, & ab
ea familiares meos omnibus modis deterreo,
Nec aliam filijs meis rationem præscripsi: neq; ta-
men quantum vterq; profecerit, me pænitet. Tu
igitur non prius litium iura, quām humanitatis
capisti discere: et si legum quoq; disciplinam, me
comprobante, attigisti: verum prius, vt tibi au-
ctor eram, præeunte tibi iuuene doctissimo, ac-
curatè legisti vtriusq; generis bonos scriptores, &
qui scripissent ligatam orationem, & qui nume-
ris solutam: ex quibus cognosceres, tūm quæ ad
dicendum facerent, tūm quæ ad sapiendum.
Monstrauimus enim tibi, eadem opera quem-
admodum & homines tūm benè, tūm malè vi-
uerent, & tu rectè viueres. Neq; neglexisti præ-
cepta ad dicendum, ad differendum, ad animum
moresq; formandos, necessaria, quæ à doctissi-
mis viris accepimus, & in academia Iulia dextrè
dilucideq; traduntur. Vidi quoq; quemadmo-

B

dum

dum vltro lectioni historiæ pñne quotidie tem-
poris aliquid tribueres; quo nomine collaudau-
te, & in eodem confirmare nouis rationibus co-
nuer, si minimum opus esse suspicer. Non possum
non natuæ tuæ probitatis mentionem facere,
cui temper præsto fuit comitas: nec abijs vñ-
quam abfuit alijs obsequendi & beneficiandi
studium. Neminem offendisti æqualium, nec te
corum offenditaliquis, vel quia non esset, cur id
fieret, vel quia ambiguo, nec aspero verbo offen-
di posses. In dando ipse te sensi faciliorem, quam
cuperem, cum nihil à te petierim: et si tu sum-
ptum etiam grauem ex amplissimis fortunis faci-
lè sustines. Non solum ijs, qui se aliquid velle o-
stenderent, nihil ferè negasti, sed alijs, quibus te
aliquid debere suspicatus fortè fueris, valde be-
neficium te præbuisti. Hic ingenium tuum lau-
do liberale, & factum ad beneficentiam: quæ fe-
cisti, et si nihil prorsus damni feceris, tamen vn-
dequaq; non probaui. Qui tua ætate fortuna-
tores, sordidi & tenaces sunt, de ijs non multum
equidem sperauerim. Vix enim fieri possit, vt
non auari, iniusti, ac deniq; cùm priuatorum,
quos valeant circumscribere, tūm reipublicæ, si

tabb

qua

qua ipsis occasio detur, pestes euadant. 46
Contra-
ria de contrarijs statuerim, nec possim non ama-
re, qui ista ætate & in alios beneficia conferre in-
cipiunt, modo id raro temere, saepius bono iudi-
dicio fiat. Cum vero te semper munificum vide-
rim, ignoscere, si aliquando metuerim, ne ita pro-
pe ad profusionem accederes, ut eius tibi bara-
thrum pateret, non sine tuo maximo periculo.
Itaque te retraxi aliquoties vel verbo, vel argu-
mento, quod forte in mentem veniret, ut, cum o-
mnes ad beneficiendum inuitarem, te tamen à
profusione deterrerem. Didicisti autem & me-
mineris, duo esse parcorum genera, quorum al-
teri sua asseruant sedulo, ut nemini largiantur;
alteri, ut semper in promptu sit, unde tenuitatem
bonorum, nec in commodo suo, subleuent. &
largorum totidem, quorum alij prodigunt pecu-
niam in quasuis res, & homines quo slibet, alij
lardiuntur probis egentibus. Te semper ex lau-
datis parcis, & ex laudatis largis unum futurum,
auguror, quoniam hactenus te ita gessisti, ut à
media semita neque ad dextram, neque ad laevam
longius decederes. Namque & in bonos, & in res
bonas, pæneque non nisi necessarias, sumptum fe-

cisti hactenus: nec iudico in ijs fuisse luxum, quæ,
quod ego sciam, institueris. Aliuisti enim non ni-
si homines necessarios, vnum doctum iuuensem,
puerum præterea vnum, cuius seruitio carere
non posses. Vestitus fuit vt æ qualium, plærumq;
infra conditionem & fortunas tuas. Vino vteba-
ris, quoties tibi videretur: in vino ipse te rarò vidi:
egisti conuiuia forte semel atq; iterum splendi-
de. In his omnibus aut nihil à te, aut parum pec-
catum censeo: fuisset peccatum plurimum, si o-
pulentus in prima adolescentia senum sordes æ-
mulari, & à primis annis in animo tuo Euclio-
nem, aut alium quemvis ^{καὶ μείνα} fingere studuisses.
Nunc postquam domum redijsti, quid agis? Quid
agas, multò accuratius tibi videndum est, quan-
do nunc in arenam vitæ descendis, & pecuniam
tuam manibus ipse tractas, aut tractabis prope-
diem: ac magis, quanto plus alijs sapere videris,
ac fortasse etiam tibi, præsertim si alijs plus cre-
des, quam ipse tibi. Sed hoc tu me velim ioca-
tum putas. Noui enim & quam de te ipse in o-
mnes partes modestè sentias: & quam nullius a-
micorum consilium asperneris, & id interdum
quæras, quo minimè careas. Multæ sunt prodi-
gendi

gendi patrimonij viæ, sed vna peruulgata: relin-
quam cæteras, in quarum nullam facile incurfu-
rus videaris: vnum est luxus genus, nostris homi-
nibus hodie pænè proprium: quo & opes, quam-
uis amplæ, facilè atteruntur, & corporis vires fe-
rè dicto citius debilitantur: quod cuiusmodi sit,
non suspicaris, sed ante oculos vides. Rectum
est, vt qui in re lauta sit, hospitem excipiat: quod
te eo magis velim credere, vt & mihi apud te lo-
cūs sit. Ad te enim potissimum diuertam, vbi ac-
currero, & forte, vt soleo, aliquot vmbras me-
cum istuc adueham. Hesiodum didiceris, qui
nos in ea parte errare non finet, ea lege lata, quæ
cum sit humanitatis & beneficentia, etiam sum-
ptus rationem habet. Cauere enim iubet, tūm
ne ad vnum omnes excludamus, tūm ne plures
accipiāmus. Profectò enim crebræ & sumptuo-
sæ cænæ, loculos exhauiunt: quod etsi tibi non
metuis, cuius domi omnium est copia, tamen
grauiora te velim metuere. Nam qui Phæacum
vitam agunt, & priuatas res & negotia publica
negligunt, & ad morbos, & ad grauem sene-
ctam, & ad extremæ vitæ terminum properant.
Quæ mala omnia te detestari & effugere abini-

tio velim: non solum, vt istis bonis fortunæ diu
beneq; fruaris, sed multò magis, vt quām diutis-
simè & alijs benefacias, & de patria, tuisq; ciui-
bus bene merearis. Non solum enim opibus in-
structus es, sed etiam animum tuum bono con-
silio, siue prudentia instruis. Hoc enim agit, qui
ijs virtutibus, & ijs litteris studet, quibus tu semper
studisti egregie, & cum profectu maximo, quas
etiam iuuenis, vbi vbi sis, acrius coles: atq; ita sit,
vt tale studium ē manibus, & ex animo nunquam
dimittamus. Hic cursus cum conuiuijs valde in-
terpelletur, ijs futurum bonum patrem familias,
& bonum ciuem, modum ponere oportet: vt
cum non nulla sint, similia sunt conuiuijs La-
conum. Hi enim vino vtebantur & fruebantur,
non abutebantur, lætitiam intromittebant, e-
brietatem excludebant à phiditijs. Vini namq;
tantulum bibebant, quod vniuersam turmam,
vt de viris fortibus loquitur poëta, siue vt ego in-
t̄pretor, quidquid esset vna in conuiuijs sodali-
um, ad hilaritatem, ad sermonis suavitatem &
modicum risum, excitaret. Hæc ratio bibendi,
inquit idem, consert corpori, & animo, & reifa-
miliari: & cùm lecto, tūm somno, molestiarum
portui

portui congruit. Facit etiam ad bonam valetudinem, quia in rebus mortalium nihil praestabilis, nec officit temperantiae, aut vlli parti modestiae, quae non sine causa proxime pietatem domum habere dicitur. Sed audire malis ipsum Critiam. Audi igitur suaves cius versus & iucundos, & cum ea Spartanorum consuetudine, accipe & sequere singulare præceptum sapientiae:

Οἱ λακεδαιμονίων δὲ κέροι πάντοις πρόσθιτοι,
ώστε φρενὶ εἰς ἴλασσον, ἀσπίδα πάνου ἄγαν,
εἴς τε φιλοφρούριον, γλάνθαν, μέτριον περιθάλψιον.
τὸν αὐτὸν δὲ πάντας σώματά τε ὀφελίμας,
γνῶμην, κτήσιαν, καλῶστε εἰς ἔργον ἀφροδίτης,
πέροις θυπον, πέμποντά τε θεῶν θυητῆς, οὐρίας,
καὶ τὴν εὐπεπίης γένεσιν, σωφροσύνην.

Cæterum neq; de hac re, in qua omnino sapis, neq; de litteris id tecum agam pluribus, nec repetam ea, quæ sapientius ex me audiisti, & de quibus ad abeuntem verborum feci, quod satis esset. Nec enim multis uti conuenit ad eum, qui & negotium intelligit, & officium facit. Non enim, quæ didicisti, obliuisceris, sed ad ea, quæ videbuntur, quando videbitur, & animo, & lectione, recurreris: nec monumenta rerum gestarum ē manibus depones: leges etiam, carumq; interpres ad

manum

manum habebis: & vteris in istis studijs multūm
Corfinio tuo , non minus, quām in alijs negotijs.
Sed in constituenda re familiarī, quoniam id vt
ageres, à nobis in patriam redisti, propinqui tui
consilio vtere, quo neminem propiorem habes,
qui tibi consobrino propior est, quiq; te, consobrīnæ filium , cum fratribus habet in carissimis:
A Egidium dico Naccium, à quo non solum præ-
cepta, sed & exemplum petes boni patris familiās.
Ipse verò, vt hominem noui erga te affectum, in
hoc huius artis tirocinio tuo te opera quoq; ad-
iuuabit , & manum , vt dicitur, vnâ tecum operi
admovebit. Nec enim ipsi min⁹ curæ est felicitas
tua, quām tibi. Quare etiam non solum in hac
re, sed omnino in omnibus eo vtere adolescens,
neq; quidquam omnium sine tanti amici consi-
lio tibi instituendum puta. Qui quoniam pro-
bat, quod tu volebas, ac mihi etiam facile proba-
bas, vt longinquum aliquod iter, animi, doctri-
næ, & virtutis gratia, suscipias; ita facias, & ex a-
liquo interuallo saluus & melior ad nos redeas:
vt quām rectissimè tibi de reditu, & maiore feli-
citatem gratulari possimus: quod & istic tui facient,
& nos hic minimè negligemus. Post istos enim,
cui

cui quam mihi carior sis, habes profectò neminem: quod de ipsis te scire, neq; nos dubitamus, de nobis, nisi perinde scis, tibi omnino persuasum esse volumus. Vale. Helmæstadio ex acad. IVL.
XII. Kal. Ian. c. 10. 10. XCIII.



AEGIDIO NACCIO
patricio Ephurdieni
S. D.

 Vnde ex mea calamitate dolorem capis,
facis proprium amicitiae: morbum superasse, aut su-
perare iam videor: in uno periculum est, de quo &
spero nonnihil, & multum metuo. Quod me de e-
ditione quorundam monumētorū ingenij mones; illa luce nō ma-
gnoperè digna sunt: et, si qua sint, propter multitudinem scri-
pitantium de meis non admodum sum sollicitus: tamen neq;
prorsus quiesco, ut vides, nec in ipso morbo abieci hunc labo-
rem litterarium. Qui has ferunt, corum alterum si commen-
dem, de tua erga eum fide & benevolentia videar dubitare,
quo iampridem post fratres tuos cariorem neminem habes
mortalium. In quo te laudo, qui & sanguinis, & virtutis ra-
tionem habeas. Nemo vos attingit proprius, & ipse materte-
ræ tuæ nepos ea probitate & modestia est, ut quemuis sibi fa-
cile deuinciat. Redit autem ad vos sine dubio intelligentior,
ut qui quotidiè aliquid hic acceperit depromptum è Musarum
sacario: spero & melior: sed hoc vestrum erit iudicium, quo-
rum etiam sunt partes, ut si quid in adolescente desideretis,

C

eum

eum officij moneatis, non minus, atq; nos fecimus. Est autem eo pudore, vt sibi benè volentes libenter audiat: quin sèpè mihi gratias égit, quas habiturum quoq; spero in perpetuum: ac tanto magis, si præcepta nostra habuerit in memoria: quæ, si sapit, ille nunquam obliuiscetur. Nec opus est, vt tibi Corfinium commendem, in quo ipse animaduertisti fidem, consilium, & industriam. Quo cùm noster ille non facilè careat, videbis, quod ego semper studui, vt vtriusq; animos quam arctissimè conglutines: vt, cum sit inter eos sincera & mutua benevolentia, certare quoq; inter se officijs non desinant: quod erit, si alter alteri, quibus abundet bonis, seruiat: sed hoc tibi viro prudenti disertius explicare opus non est. Vale. Helmæ studio ex ac. IVL. XIV. Kal. Decembr. 15.15. XCIII.

ANTONIO MOCERO S. D.

Redit ad vos Cranichfeldius noster, vetus & probus disciplinæ tuæ alumnus. Eum nos quoq; salubribus sapientiæ præceptis diligenter imbuimus, quibus si vtetur, vt omnino debet, si saluus esse vult, & volet, siquidem sibi constabit, nunquam eū neq; nostræ cōfuetudinis, neq; posite in litteris apud nos operæ pœnitabit. Imprimis & ferè quotidiè ei dec̄ataui, quemadmodum bonis fortunæ non abuteretur, nec minimum de oīibus in luxum verteret, quod plæriq; fortunati adolescentes faciunt: sed cogitationem susciperet, non tam de talibus coaceruādis, quam suis seruādis: seruandis tamē in vīo, quos rectos intelligeret. Porrò suis sibi vtatur, beneficus porrò sit in benè meritos, & probos tenues. Abeunte etiam obtestor, vt litteras colere non desistat: cumq; delectetur lectione historiarum, quæso te, in eo ipsum studio confirmemus: ex quo ipse semper voluptatem honestam, & patria aliquando fructus maturos capiat. Magni te facit, ac sèpè mihi tuum in se amorem, & me-

50

& merita singularia prædicavit. Quod si eum qua de re dein-
ceps monendum censeas, id audacter facias: præcepta veteris
amici non aspernabitur: iamq; intelligit, nos non solum doctri-
na, sed & ætate, siue longo vslu rerum, quæ ex vslu sint, videre,
quæ iuuentus & per annos, & per multa alia, quibus ipsa obno-
xia est, non videt. Vale. Helmæstadio ex acad. IVL. XIV. Kal.
Decembr. c10. 10. XCIII.

AE G I D I O N A C C I O

S. D.

Prorsus, vt sentio, ita vobis laudaui consobrinæ tuæ filium: &
rectè opinor, nisi fortè amore lapsus sim: sed tuum iudicium
erit, postquam in conspectum vestrū redijt, &, vt audio, te-
cum in vnis ædibus habitat. Idem puto iudicas, & dignum
censes nostra benevolentia: immo dignum, quem pro filio, vt
habes, habeas. Cum autem ea sit ætas, quæ, vt vitis vlmī, aut
alius pedamenti, ita consilij egeat; tu ei neq; consilio, neq; vlla
alia re deeris. Ipse quoq; abeunti præcepta dedi, quæ pridem
sæpè dederam: quorum aliqua in meis ad ipsum litteris prescri-
bo: quod meum erga vos studium, te quoq; probaturum, con-
fido. Vale. Helmæstadio ex ac. IVL. XI. Kal. Ian. c10. 10.
XCIII.

A N T O N I O M O C E R O.

S. D.

Ita est, Mocere, post eximium amorem, quo ex nobis natos
mirificè complectimur, & plus quam nosmet ipsos amamus,
singularis est in unoquoq; nostrum in eos, quos beneficijs so-
lidis ornare cæperimus, ac si in nobis sit, ijsdem magis magisq;
benefacere velimus. Cari nimirum nobis sunt, quasi quod-
dam animi virtutisque nostræ opus siue specimen: magisque a-
deo,

deo, quām artifici statua, vel pictori tabula, vel poētæ versus.
Eiusmodi animum vidi in tuis ad me litteris erga veterem di-
sciplinæ tuæ alumnum. Erga eundem cum itidem essem affe-
ctus, abeuntem de pauculis monui, vt filium. Nunc, vt satis
mihi cumulatius facerem, quædam de illis, sed pluribus verbis,
consignauit: quæ cum voluptate, nec enim dubito, leget: opto,
vt ea nunquam obliuiscatur: immò, vt hac prima iuuenta, vel
meis, vel melioribus consilijs vtatur. Nec tu ei fideli tuo de-
futurus istic es, & ille tibi, cuius apud ipsum magna semper fuit
auctoritas, auscultabit. Vale. Helmæstadio ex acad.IVL XII.
Kal. Ian. c15. 15. XCIII.

BERNARDO CORFINIO.

S. D.

Eo genere litterarum, quibus gratias agnimus, me nunquam
capi, non dixerim. Tum minimè delector, quando ijscri-
bunt, quos gratiæ nihil habere suspicer:nec valdè, cum alteri,
quos grato animo cognorim: vos verò omni verborum com-
memoratione supersedere malim, præsertim cum exigua fuisse,
quæ ego præstiterim, mihi in mentem venit. Neque nunc mea
in Corfinios studia verbis minuam: vtinam vobis multum pro-
fuerim, vel quantum ipse volui: tamen cum norim vos gratissi-
mos, quiduis potius scribi velim, quām in illam sententiam,
qua vos plurimum mihi debere profiteamini. Quod si quid
fuerit, prædicetis potius ad alios. Sic benè audictis ipsi, vt gra-
ti, ego, vt benè de bonis merendi cupidus. Recordaris & al-
terum, quo interdum in sermone vtior: mihi gratias abundè re-
ferri, si, quibus benè velim vel faciam, se bonorum beneuo-
lentia dignos præstent, & ita gerant, vt de ipsis ego mihi per-
suaserim. Id quando tu quoque facis, non est, vt mihi gratias
agas, quem animo, & re ipsa gratum iudicem & cognouerim.
Vale. Helmæstadio ex ac: I V L X I Kal. Ian. c15. 15. XCIII.

IOAN-

IOANNI ERNESTO

ab Hoim S. D.

Facis sedulò omnia, vt te magis amemus, collaudemus largi-
us. Contempsti etiam puer puerilia: nunc ea prorsus ab-
iecisti: quæ item studia obiter colebas, præter hæc litterarum,
ea colis remissius: igitur acrius hæc nostra, vt has esse partes tu-
as, intelligere & statuere videaris. Perge ita & tui amantibus
curam minuere, & patrem perfundere lœtitia: nihil te feceris
dignius, nihil magis ex re tua. Flagitas fortè, vt, quod præci-
piam, dicam disertius. Nihil equidem noui: in isto spacio, quod
tām virtutis, quām doctrinæ esse didicisti, procurre, nec subsi-
ste antè, quām illam veram, primariamq; metam attigeris.
Quoniam verò multa fecisti, & facturus videris, quæ scribendi,
dicendique facultatem tibi adaugeant, lege porrò, quos legis
vtriusque linguae scriptores, &c, quæ de ipsa arte sapientiæ prin-
ceps tradidit, ab initio summaq; diligentia cognosce: nec du-
bita, quin, ea qui didicerit & cognoverit omnia, & cæteros
(sunt enim ex veteribus nec ipsi negligendi eiusdem artis ma-
gistri) per se facilè intelligat. Patris tui, idemq; meus doctor
Petrus Victorius, te in illo discendo vnu plurimum iuuerit:
et si à me quoque iam accepisti, quæ eodem faciunt: denique ti-
bi præbit, vbi iter erit salebrosius, Theodorus Potinius, cuius
iam doctrinam, fidem, & amorem erga te habes exploratissima.
Valde etiam probo, quod ab eodem in sua ipsius arte exerceri
vis. Id enim pangendi carminum studium, & ingenium acuit,
& illud dicendi, quod hodiè præcipue colis, adiuuat. Volui
nunc esse breuior, quām in hoc genere soleo, quod nec pluri-
bus ad te opus esse putem, &c, si quid aut mihi in mentem veni-
et, aut tu voles, quoties vel mihi vel tibi videbitur, coram ver-
bo nutuué indicaro. Vale. Helm. cx. acad. IVL XI. Kal. Ian.
cīo. dī. XCIII.

IOANNI VLRICO CASELIO
filio. S. D.

Natalis tuus iterum me monet, ut de more meo tecum etiam per litteras loquar, quod magis, quid velim, memineris. Hactenus mihi satisfacis & probitate, & profectu: quod ex re tua esse, ipse iam intelligis. Virtutem porrò cole, & litteras, nec alio, quam quo instituisti, modo. Si putarem te aliqua de re commonefaciendum, aut excitandum, id facerem, et si perbreuis epistola diligentiam tuam in omni genere studiorum, quæ colis, acuere & facilè potest, & omnino debet. Ego enitar, ut, quomodo & ab alijs tractentur litteræ, hoc anno videas, nec sumptui parcam in re tibi futura perutili, & pñne necessaria. Cum etiam ea sit ætas tua, ut, ad quod genus virtutis te à litteris per eas conferas, statuendum breui sit, nisi hac mea mediocritate ipse quoq; contentus esse malis; vbi valetudinem magis confirmaro, quid in uno quoq; commodi incommodiq; tibi exspectandum sit, oratione mea perscribam diligenter. Nec enim, quod multos patres vidi facere, tibi persuadebo, ut eam vitam deligas, ad quam animo minus propendeas: per me optionem habes, siue paullò post habebis. Nam quæ hodiè tractas, ea te abijcere nolim, sed perficere iubeo, quod nihil magis ex ysu tuo. Quod à patre proficiisci posset, minus desiderasti hactenus: nec deinceps desiderabis: non solum, quia tibi pater debeo, sed etiam quia tua in me probi filij idem meritetur pietas. Vale. Helmæstadio ex ac. IVL. X. Kal. Ian. c. 15. XCIII.

BENEDICTO POGVISCIO. S. D.

A gam tecum hac epistola, Benedicte Poguisci, de ijs, quæ etiam ad fratres tuos pertinent, quæq; cum ipsis rectè communices. Ordinar autem paullò altius. Putatur illa esse, & est re vera

re vera magna felicitas, à quibus vitam acceperis, eos diu hæ-
bere superstites: non tām vt rem familiarem diligentius custo-
diant, & ipsi magis augeant, quām vt rectissimē ad vitam libe-
ros educent. Miserum sanè omnibus de cauissis, parentibus
orbari in prima pueritia: si altero carendum sit, vtro minore
incommodo careas, affirmatu difficile arbitror. Quod si alter-
uter omnem curam in se deriuaret, & diligenter gesserit, fue-
rit pro vtroq;. Is pater magnam laudem merebitur, qui, quas
potest, matris etiam partes expleat: ea verò mater longè ma-
ximam, quæ supra conditionem sexus videat, & præstet ex se
natis omnia, tūm quæ à materna cura, tūm quæ à paterna pru-
dentia profici sci possint. Non illa prima, sed secunda vobis
obuenit felicitas, vt, postquam patre orbati estis, mater sit ma-
terno affectu, consilio minimè muliebri: id quod res ipsa loqui-
tur. Nec enim solum domi rectè administrat omnia, sed & filio-
rum educationem folicité procurat, & egregiè: quod te pri-
mum natu intelligere cumprimis & animaduertere oportet.
Cum iubeo animaduertere, volo, vt tām probam, & omnino
sapienter institutam à matre educationem non solum ipse pro-
bes, sed etiam fratribus tuis commendes: id quod non verbis
solum, sed, quemadmodum facis hactenus, exemplo porrò fa-
cies. Namq;, vt illa instituit & vult, tūm modestiæ cæterisq;
virtutibus, tūm bonis litteris diligenter studies, & vtroq; nomi-
ne indies te nobis cariorem facis. Certe adolescentes, qui ab
visitatis isti ætati & magnæ fortunæ moribus, ratione desle-
ctunt, valde amo: neq; non de modestiis & moderatis, & ipsis,
& eorum consanguineis, & patriæ singularia semper pollice-
or: præsertim si ipsi quoq; studia, & litteras humanitatis non
negligenter colant. Tu verò, cum in vtroq; sis quotidiè, & à
nobis sèpè confirmareris, non vulgarem tui exspectationem
commoues: tuum erit operam dare, ne eam fallas, cum habeas
omnia, quibus ei opus sit, qui ad virtutem, & sapientiam, &

veram

veram dignitatem aspiret: ingenium, opes, genus, ducem in
hoc spacio, deniq; exempla, quæ tibi proponas, & præ alijs a-
uunculos tuos, quos imitaris quoq; mater iubet. Vale. Helm.
ex acad. I V L. X. Kal. Ian. c15. 15. XCIII.

IOANNI CAROLO CASELIO filio. S. D.

Venit quidem mihi in mentem natali tuo consilij mei: sed tum
ita, vti scis, afflcta eram, pæne q; desperata valetudine, vt te
vix uno verbo alloqui possem, nedum hortari, vt solebam.
Nunc, ne tui meiué oblitus videar, paucis tecum agam. Ita
enim te geris, vt multis minimè opus sit. Namq; & mores tu-
os probo, & studia vtriusq; generis, tūm ea, quæ animi gratia
tractas, tūm altera, quæ præcipua sunt, quod animum infor-
ment, & mentem erudiant. Te in illis multum quoq; profice-
re, non equidem nolim, quod ijs nec abuteris, nec abusurus
videris. In litteris nihil noui tibi præscribo: tu modò eadem
via perge, sed si potes, celerius: nec tamen ita properaris, vt
ex ijs, quæ necessaria sunt, quidquam negligas: de minutis &
superuacaneis nihil vrgeo. Pone vero tibi ante oculos, non
solum præcepta mea, sed & exemplum fratris, quem, vti spero,
maturè assequeris: ille videbit, vt porro vestigia sua, tuis plantis
premenda relinquat: in quo ita vos velim contendere, quem-
admodum in cæteris omnibus conuenire gaudeo. Vale. Helm.
ex ac. I V L. X. Kal. Ian. c15. 15. XCIII.

ERNESTO AB HONRODA.

Et amo Hypæum, & magnifico, & eo vtor familiariter, quod
tu non ignoras. Nec vero aliter erga eos affectus esse de-
beo, qui cùm omni genere liberalis doctrinæ delectentur, tūm
supra omnia virtutem colunt. Præter autem hoc vtrumq; stu-
dium,

dium, in quibus ille semper mihi serio versari visus fuit, amplector in eo fidem, qua est in disciplinae suae alumnos perpetua & singulari. Nihil enim omnium omittit, quae ad vos erudiendos facere intelligit: at te, Erneste, imprimis amat, suique in te amoris caussas mihi exposuit antea, quam te vidissim: multaque de ingenio tuo, de probitate, de profectu in litteris, de diligentia addidit, quibus ad te amandum optimus quisque facilè excitaretur. Mihi autem tui amandi aliam præterea, quasi quandam necessitatem imposuit, cum mihi tuum nostræ consuetudinis desiderium exposuit accuratius, cum multa tua erga me obseruantiae commemoratione. Illa autem omnia, quae ita de te prædicarat, re ipsa quoque, nobis confirmasti, iamque te illis omnibus de caussis in longè carissimis habeo: quod etsi non ita multis signis tot mensibus, quibus me morbi omni pœnè suauitate exuerunt, & aliæ curæ non paullò, quam natura mea fert, morosiorem reddiderunt, tamen de mea erga te benevolentia te dubitare non existimo. Ne aliquid tibi dubij relinquarem, hoc consilium cepi, ut per epistolam tibi animum meum testatum facerem, etiamsi argumentum scribendi necessarium nullum haberem. Nec enim falsum esse censeo, ut sæpe sermone familiari, sic & interdum vti litteris. In quotidianis enim congressibus non semper de negotijs agimus, sed multum quoque verborum facimus, è quibus humanitas nostra erga plures, suauitas erga familiares, eluceat: aliquando suademus, hortamur, docemus, quae superuacanea esse & ipsi agnoscamus, & elegantes homines recte tamen accipiunt. Nihil vetat idem fieri per litteras: nec exempla desint, si proferenda censem: præfertim autem à me ad te fieri. Ipse enim fortè habeam, quae depromam in usum ætatis vestræ, nec tu, quæ huius generis sunt, alperneris, sed me potius flagites. Initio autem facere non possum, quin te, & fratres tuos beatos prædicem, quos pater à teneris, ad modestiam educari, & bonis litteris imbui


D

iussit

iusslerit. Intelligebat enim vir sapiens, & sine dubio s^æpè ani-
maduerterat, quorum animi educatione & doctrina non e-
mollientur tempori, pl^{er}osq; insolentiores fieri, & tūm alijs
esse exitio vel oneri, tūm ipsos perire, vel certe periclitari gra-
uiter. Certos & incredibiles fructus suis cultoribus ferunt lit-
teræ: & ijs etiam aliquos nec aspernandos, qui eas saltem bre-
ui, & suboscitant tractarint. Hic est ille Musarum hortus,
herbis florentibus sapientiæ longè fragrantissimis consitus:
quem qui ingressus sit, quantum velit, tibi florum auferat: nec
quis sibi facile imperet, vt nihil omnium decerpatur in usus suos
perpetuos: id tamen, si quis negligat, vbi oculos pauperit, & na-
refragrantia implerit, neutrius memoriam abiecerit, quam-
diu viuet. Te verò cum paucissimis non possum non laudare
plurimum, qui, cum litterarum cultor acer extiteris, vnde in-
genij opum tibi iam comparasti aceruum optabilem; earundem
te polliceris cultorem perpetuum: nec sanè aliter fieri potest,
quin, in quo quis plurimum progressus fuerit, in eo ulterius
progredi semper atq; indies magis magisq; desideret: & in eo
præstare aliquid eximium conetur, *πάντα τούχαντες θελ-*
τησσαράντα, vt inquit Euripides. Illo igitur desiderio tu modo in-
flammatus es, & alterum urgebis & perficies, quamdiu viues:
quod ego mihi, atq; etiam alijs de te pollicor, quasi multò an-
tē, quis quantusq; futurus sis, propiciens: nec sanè me hæc
conie^ctura fallet. Ea enim iecisti fundamenta in hunc diem,
& iacis etiamnum, siue magno studio confirmas, quibus adeò
nobile ædificium debeatur, quæq; id sustinere facilè possint,
quo etiam usq; in altum eduxeris, & honestum cum primis fa-
stigium imposueris. Imprimis enim elegantiæ morum, & vir-
tuti studies, & coercitis iam mature cupiditatibus, & fracto a-
nimí impetu, te isto loco natus, & in ista fortuna adolescens,
moderatè geris. Deinde in ijs litteris es, in quibus esse debet,
qui contendat ad arcem sapientiæ, & eo prorsus modo, quo
idem

54

idem debet. Veteres enim scriptores optimos quosq; omnis generis, in manibus habes, & lectione Græcorum delectaris maximè, quos, vt vidi, rectè quoq; cœpisti intelligere: non de verbis loquor, in quo acquiescunt imi subsellij quidam, inter doctos à plebe habit̄i, homines. Non tanti tibi cortices sunt: de nucleo cura est, & sententiam facile eruis, vnde tibi ornamenti sermonis paras, & consilij diuitias coaceruas. In hoc igitur instituto perge, quod te vltro facturum, vt mihi penitus persuasi, ita & alijs affirmare non dubitau: fortè idem tibi videar hac epistola asseuerare: quod minimè opus erat. Tu efficies, ne falsus aliquando vates extiterim: quod si quid etiam penes me esse, quod in rem tuam sit, aut fore, suspiceris, id me posce quasi iure tuo. Cum enim nemini tuorum æqualium deesse soleam, tibi, quem tantopere amem, nihil debere in isto genere velim, sed vt de pecunia loqui solemus, sic præsenti vel consilio, vel opera soluam. Vale. Helmæstadio ex ac. IVL. IX. Kal. Ian. c. 1. l. XCIII.



ΙΩΑΝΝΗ ΕΡΝΕΣΤΟ ΟΙΜΙΑΔΗ.

Εν πράξει.

ΑΝέρων μὴν αὐτὸς τῆς τηλοποίησις, αὐτίκα μεθ' ἡδονῆς, ἀναγνώσ-
ας ἐπενελθὼν, μὲν χαρᾶς. Εχθρός, ἐμοὶ δοκεῖν, καλὸν σλεῖγμα τῆς σῆς
παφρέψεως βδαινῶς ἀποβλήτε. μὲν μέν τοι ηλικίᾳ, αἰσθέω, ήτούτῳ
ηλικιας, οὐδὲν ἄλλο. φαίνεται δοκεῖ μὴν οὐδὲ γεάφεις τυνεχόντως γεά-
φει, ηγετὸν διδασκόντων, ἐμαθεῖς εἰπεὶ μὲτασταφως σηλεῖς, ηγετὸν
της γεάμμασι σημοίους. εἴεσθαι. οὐτε φαίνεται ἀματωλόγως καὶ τὸ τῆς
ψυχῆς φωτιόν. Ακολακεύτως μέσος τούτης τῆς αποδῆσης ἐπαγγέλτως, πέρι

πάντων σοι συμβολεύσωμι, σκένο τῆς τα αρετῆς καὶ τῆς σοφίας εἰδίου
μη ὄκνειν τρεχεῖν, ὡς οὐκκονταὶ οὐ ληφόμενοι τὸ βεργεῖον· λέγω δὲ καὶ
αὐτὰς ὀκείνας, ἃς εἶπον, Εἰ τὰ εὖ αἴτινα, σὺντονοὶ φιλοπίκεις ἔχοντι, διπο
τιάτων πόνων ἐλπίζορδίου εὔκλιταν. Περὶ δὲ τῆς Ελληνικῆς γλώσσης ἔτω
Φρονῶ, ὡς πάντες οἱ εἰς ἀκροντασθέας ιστόμνοι, χρησιμωτάτην εἶναι αὐ-
τὴν τῆς τῆς σοφίας, καὶ αὐτῆς μεριῶν ἀληθινοῖς ἐραζεῖσι καὶ μονον οὐκ αἰαγ-
καίσιον, εἰ καὶ μόνον τοῖς πολιτικοῖς λόγοις χρολάζειν θελοιστε. οὐδὲ δὲ μα-
θὼν τὴν τέχνην διπότε τῷ φιλοτίφῳ (τὸν τελεπιτηνὸν λέγα) καὶ τὸν πει-
ταντῆς ἑλλάδον τὸν αὐτὸν τέχνην συγχραψάντων ἥττρων, διλέεται
Ιστορίτες τε καὶ Δημοσθένες καὶ τὸν ἀλλον λόγον αἰαγινώσκων, πάντας
εἰς τῆς ἑταρικῆς ἀγνοεῖ, καὶ τὸν πειτεοτάτων τῷ συγχράφει παραδειγμά-
των ἐστρέψῃ. σύμψηφον διλέεται καὶ τὸν πατέρα σα, σωκράτην τοῦ-
των τὸν διέξαντιον τολείσεις, ἃς σοι περιφέρει, Βελόμδρον τοῦ ὀκείνης
τῆς γλώσσης σὸν ἀπειρωταῖς ἔχειν. Σὺ δὲ εὐπήθης πατέρι ἀν., καὶ διδασκά-
λε, δὲ τῷ τοχόντον τοχών, σὺν ὅλιον πεικέναι μοι δοκεῖς. Τῇ γάρ
καθ' ἡμέραν ἀναγνούσι, ἀπὸς πάλου καλῶς αἱρέαμδρον, δινέ
χεόντων συντελεσθεντὸν διονεῖς, τῇ περὶ τῷ ὅπιμελείᾳ εἰς τέλον τοφαγαγῆν πή-
ρω, τῆς τῷ ησυάδῃ τελθήκης σὸν αιμηνών, καλεύοντες τῇ οικίᾳ καὶ θρηγ-
νῷ Πτηνίδεναι,

μή τοι ἐφερομήνηρά δηλατέρυζα κεράνη.
ηγητέον γάρ, ηθον μὲν αὐχρον εἰναι τὸ μηδέποτε ἀρξαντεν, αὐχριστν δὲ τὸ
καλόντει καλῶς δέξαμδρον ἁσθύματα διποβαλεῖν. Εἴρωστ.

HENNINGO POGVISCIO.

S. D.

DE quibus cum fratre tuo egi, ea ad te quoq; pertinere, pu-
tare te velim. Lege quælo & illam epistolam, & quæ ibi
inuenies, non minus in rem tuam, quam illius futura, tua quo-
que vtendo fac. Sed & ad fratrem te respicere iubeo, quem i-
mitari possis, ut maiorem minor. Quod ille iam facit, tu iti-
dem tamen de informatione animi ad vitam, quam de doctrina
cogita, litterarum studium imperfectum & vile ratus, nisi tibi
in vir-

in virtutis spatio adiumenti aliquid adserat. Memineris vero imprimis, quod vos saepè moneo, bona animi, si qua in quos natura contulit, quæ & ita dicuntur, & sunt bona, non subito omni vitio carere, nedum omnibus numeris absoluta putanda esse. Videndum igitur, ne quod in ijs boni, amittamus aut deprauemus, sed contrà, vt illa ipsa bona ratione tūm corrigamus, tūm perficiamus. Illustre est nomen animi magnitudinis: at ea quām facile degenerat? Non dicam de popularibus, nec de alijs: certa in vobis eluent signa virtutis illius eximiæ: eius vim & veram rationem, postquam cæpistis intelligere, ipsam quoq; in cæteris primariam consequemini, nullis asperfam maculis, sed quasi fundatam in ipsa modestia, & mirificè condecoratam humanitate & beneficentia. Quæ bona à quibus absunt, ij magnarum virtutum umbras forte gerant, sed excelsum animum, qui res in vulgus egregias, & magna publicæq; saluti necessaria pericula despiciat, nunquam adipiscuntur. Tu vero da operam, vt, quæ prima adolescentia discis intelligere, ad ea animum moresq; tuos paullatim conformes, vt olim ille sis, quem indeoles ista promittit, & nos te futurum speramus. Quod initio monui, vt exemplum fratris tibi propones, id ages eò diligentius, vt minoribus fratribus tu quoq; exemplo sis: quorum Theodorus, puer boni ingenij, ad te iam respicere, tibiq; in hoc spatio, quod ingressi estis, nœlō & literarum, nihil esse concessurus, videtur. Vale. Helm. ex acad. IVL. VIII. Kal. Ian. cr̄. 15. XCIII.

CHRISTOPHORO AB HOIM.

S. D.

Tertium iam mensēm hinc abes, non item à litteris, quoniam cum patre es. Pater enim profecto non solum, qua probitate, qua elegantia morum te esse velit, tibi subinde ostendit: sed etiam in isto itinere inquisuit saepius in ingenium & profectum

fectum tuum. Ita nihil amiseris, sed addidiceris plusculum.
Hoc igitur videbimus, vbi ad nos redieris: quotidiè autē te ex-
spectamus. Hæc siue in Esbecano leges, siue apud nos; cogi-
ta, quemadmodum tibi deinceps ad vtrumq; germanum re-
spiciendum sit: sic, vt maiorem, qui magno spatio te antecedit,
assequaris, quod propter interuallum fortè difficile sit, sed erit
facilius, quando cum ad imitandum propones: vt minor, qui
tuis plantis insistit, & quo ingenio, quaq; diligentia est, ad latus
tuum propediem curret, ne te anteuerterat. Hoc si sinas, tibi
turpe; illud si facias, per honestum erit: quid autem quomodo
geras, audies quotidiè ex magistro tuo: & ego te confirmabo,
& excitabo, si opus sit. Porro cum ita Musican ames, vt ipse
quoq; sedulò fidibus discas, fac magis ames alteram à priscis
ita dictam, qui per Musicen intelligebant studium sapientiæ:
nec sanè fieri potest, vt ab hac abhorreat, qui illam in pretio
habeat, quæ melioris non nisi imago elegans, siue particula
quædam est. Vale. Helm. ex acad. IVL. IIX. Kal. Ian.
cic. 15. XCIII.

AD THEODORVM POTINIVM.

HOCC iter ingressus vatuum benè, perge, Potini:
E puro loqueris Latio: non sordida secli
Deterioris amas, nec misces Osca Latinis.
Vt stultè sapiunt! & si qui glande maligna
Vesci iterum malint, & si qui cortice pisto,
Exitij nobis tritici quum suppetit ysus.
Ac neq; res vulgi malè sanus carmine tangis:
Sed liquidos hauris latices è fonte perenni,
Aureola nitidas tingens aspergine chartas.
Sit tibi Mæonides porrò, sit & accola Dirces
In manibus: nec tu veterum monumenta sophorum
Ingenijs fœcunda tulit quos ditibus Hellas,

Negli-

Neglige : Latona genitus tibi præmia iam nunc
Quanta parat? nec enim te ludat Musa Casell.

36.
Ioannes Caselius.

IN GALLIAM AD GERMANOS.

Dicite, num culpis hominum, fatōne putemus,
Vsq; adeo miserè turbari multa per orbem?
Miscent contiguæ, nec miruin, prælia gentes,
Siue quod ambiguus distungit pectora limes,
Siue quod ex nibili re sœpè iniuria gliscit,
Siue quod in dites inopum genus armat egestas,
Siue quid est aliud, quod atrocesasperat iras.
Talia non raro priisci quoq; bella mouebant.
Nunc procul arma parant alijs, tumidumq; per æquor
Naue citâ vecti, perdunt pereuntq; vicissim.
In sua nunc etiam disticto viscera, sœui,
Ense ruunt, patriæq; expugnant mœnia, ciues,
Nonne vides? seipsum magno molimine Celtis
Conficit infelix, in se iurata, tot annos.
Pergite Germani pacis sacra iura tueri,
Et cuncti legum tabulas seruare, fidemq;
Vos inter: leuium non irarum impete cæco
Imperij nostri priscum conuellite robur.
At, quia vos animi multo vis acrior virget,
Iras atq; manus diros conuertite in hostes,
Qui pridem exitium nobis, seu vincia minantur.
Ecce fremens rapidum iam nunc condescendit ad Istrum
Barbarus (huius enim quando fodit effera corda
Ignito ferri stimulo furialis Enyo,
Sexcentis volat è Thrace cum millibus) arces
Pannonis euersum, ut superato Pannone, claris,
Trux herus imperij nostri dominetur in oris.
Huic nunc consilioq; armisq; occurrite monstro,
Insuetu Vinci, quo sentiat esse Tonantem,

Qui

Qui facilis nutu variet fastigia rerum.
Sic nos haud turpi scelere, haud errore cademus:
Sed viridis palma, fato cernente, potiti,
Degemus vestra virtute beatius ænum.

Ioannes Caselius.

AUDITORIBVS ΠΟΛΙΤΙΚΗΣ.
S. D.

NON est, ut repetam, aut hoc loco exponam pluribus causam consilij mei, cur disciplinæ, quæ à moribus nomen habet, quod doctrinam de vita & moribus continet, vobis explicandam in me suscepimus. Memineritis enim ex ijs, quæ tum dixi, eam esse non solum principium, sed etiam fontem siue fundamentum politicae. Nemo enim politicum dixerit, quin & officium boni viri intelligat, & vir bonus sit, omniumq; virtutum perpetuus cultor, ac deniq; omnia, quæ meditatur, quæ dicit, quæ gerit, ad salutem publicam, & singulorum porrò ciuium referat: nisi quis siue imperitia, siue studio ludat in nomine politici. Hoc enim sapè fieri animaduertī, non in hoc solum, sed & in alijs, quæ aliquam ob causam in iniuidiam trahuntur. Namq; & apud Romanos inuisum erat, & male audiebat nomen regium: etsi hoc veræ, primæq; dignitatis plenum est, & ad maiestatem diuinam accedit proximè. Sed illi à more libertatis ita sentiebant, regemq; ut tyrannum calumniabantur. Vestra porrò tūm frequentia, tūm diligenzia me acuit in docendo. Verum cum in ipso cursu essemus, repente me, vti scitis, grauis & periculosus morbus deiecit: qui vt paullulum inclinavit, statim iterum cæpi cogitare de vestris commodis: quin & meam de vobis sollicitudinem alio scripto, quod à plarisq; legi vellem, testatam feci: nec dubito, quin, qui eam commentatiunculam legerint, ex ea aliquem fructum

fructum perceperint: et si vberiorem capiunt, qui me quoq;
consulunt, & rationes meas audiunt. Tametsi autem per va-
letudinem ne quidem in hunc diem præstare valeo, quantum
debeo: tamen periculum faciam quid possim, & hodiè ad in-
terpretationem ηθικῶν Αριστοτέλεως, dante Deo, reuertar: mihi sa-
nè graue est, non posse prodire in publicum: vobis domum me-
am venire me auditum ne gratae sit, quælo. Valete. Helmæ-
stadij in acad. Iul. vi. Id. Ian. cœ. 10. xciv.

DANIELI DE SCHVLENBVRG.

S. D.

IGnosce mihi de silentio: hoc magis rogo, quoniam cum fili-
um auocares, ad tuas nihil rescripsi. Eram in lecto, vt nunc
sum, sed siue somno, siue dolore opprimebar. Tamen ratio-
nem ualetudinis meæ cognoueris: quæ subinde, vt superiori-
bus diebus ad Othonem nostrum scripsi, fluctuat ille verò bene
precatus, respondit, fore eam in tranquillo propediem. Id o-
men accipio: partim etiam meliusculè habeo, partim bene
spero, & libenter facio, ne metu (fieri enim potest, vt inanis
sit) mihi malum augeam. Gauisus fui, te conualescere: reli-
quia etiam morbi tui, modò forti animo sis, tollentur, ne du-
bita. Id ego magis tibi affirmare audeo, quoniam in omnibus
summa diligentia te moderatè geris, vt omnes nunciant: nec
prorsus animo commouēris, nec te negotijs implicas. Ita fa-
ciendum est ei, qui valetudini seruire velit siue debeat, vt nos
profetò, nisi perire, non dico nobis, sed nostris, malimus.
Fortè enim parum caussæ sit, cur in annos plures vitam mihi
produci magnoperè optem. Idem igitur ipse religiosè facio:
ac præterea medicos, ἀσθέτους, audio: quod & tibi & mihi æquè
necessarium est hodiè. Mathiam nobiscum esse malim: nec
tam diu abesse à Musis: scio quæ ruri sint illecebræ, aucupia,

E

venatio-

venationes alia: ad sororis nuptias tamen comparebit: nec ego abs te absim, si tantum valeam. Vale. Helmæstadio ex ac.
Iul. Non. Nouembr. c. i. 10. xciii.

MAGNO à NOLDEN.

S. D.

A Te nihil habemus, Magne, ex quo transisti Alpes: et si scripsisse non dubitamus. De te autem exposuit, hac in illustri comitatu transiens Gerardus à Nolden, pater tuus. Is me in medio meo morbo, domum meam visum venit: de cuius morbi gravitate, meoq; periculo, nihil libet amplius nisi hoc, quod libenter accipies: reuiuicò enim & conualesto: sed dubium, an me omnem recuperatus sim: quod tamen desperare vetant medici. Ego illum aureum senem cupidè vidi & audiui: latus dicerem, nisi tum morbus ille meus omnem à me latitudinem longissimè exterminasset. Verè autem mihi ille aureus visus fuit, & habebitur in perpetuum, in quo dotes animi vidi maximas, & maiores, quam de quibus audieram. Non enim ille tantum à prima aetate arte militari præstitit, ob quam Carolo V. eiusq; successoribus carus fuit, sed etiam in eo sunt, quod ex brevi sermone facile perspexi, humanitas, beneficentia, civilis prudentia, & quod præ ceteris mirum, sapientiae studium sive litteræ, illud viu longo potius, quam ex litteris comparatum. Ipsam autem viri sapientiam sive sapientiae admirationem abundè testatur consilium, quod in vobis educandis fecutus fuit, & sequi non desinit. A prima enim vestra pueritia auro non pepercit, ut stolidè plætiq; solent, ut tot filios ad virtutem, idq; in litteris educaret. Felicem autem illum, sive beatum senem, quem magna de vobis exspectatio non secessit. Vos etiam felices tali patre, qui adeò nobilis & opulentus, non solum vos ita educat, sive iam educauit, sed præiuit & præxit filii tantarum virtutum exemplo, quas vobis imitari & exprimere,

mere, etiam in hoc spacio sapientia, quod iam medium felici-
ter ingressi estis, sanè difficile est. Verum hæc ipsa difficultas
vos magis acuet, siue iampridem acuit, ut de Ioanne, sic de te
verè testari possum, & vtriq; ex animo gratulor. Nec facio id,
quod solebam, etiam cum non valdè opus erat, ut aliquid non
tām excitandi, quām confirmandi vestri gratia vel dicerem,
vel scriberem: eumq; profectum hic ad patrem vestrum clara
voce prædictaui, nec dubito, quin ex meo illo testimonio sin-
gularem voluptatem acceperit, qua & in hunc diem fruatur.
Quid enim accidere potest patri gratius, quid iucundius, vir-
tute & vera præstantia liberorum? Germanus tuus & ipse scri-
bet: quem mihi carissimum esse, nec tu dubitas: nec ignoras,
quas eius amandi veras caussas habeam: non alias videlicet,
quām tui. Vale. Helmæstadio ex ac. Iul. xv. Kal. Decembr.
CIO. ID. XCIII.

IOANNI VLRICO CASELIO

filio. S. D.

SCRIBO ad te, fili, potius de consuetudine: quām quōd sit, de
quo te monendum putem. Facis enim, quæ volo, & qua vo-
lo, diligentia facis: nec puer negligebas, quæ te agere vole-
bam: iam cum ætate, ut fit in bonis, & amor liberalis doctrinæ
& studium in te creuit. Nec igitur habeo, quod te nunc mo-
neam: sed, vt,

Quod facis, Ut facias, teq; imitere, rogem.

Tamen hoc addam: quando iter vitæ humanae ingrederis,
vide, ne plurium consuetudine te implices, quōd omnes com-
modo tuo colere non potes: quibus autem familiaris es bonis,
siue satis bonis (nec enim mali te ad te applicant, & tu eos se-
dulò fugis) da operam, ne & ipsis placeas in omnibus. Fit e-
nim, vt te vel è medio studio auocent, quibus morem gerere

rardò oportet, vel ad viñum trahant sodales, quibus rarissime,
sive nunquam potius. Alia porrò, quam in quibus studijs ho-
diè es, te colere non iubeo: tu modo hæc persequere, & consi-
lium meum operamq; flagita, quoties vis: semper opportunè
accesseris. Vnum fortè sit, de quo ex me iam quæras: de eo ti-
bi tantisper haud molestus ero, dum id agis, quod agis hacte-
nus: immò te ipsum iubeo cogitare, quod vitæ genus tibi su-
mas: sic tamen, vt memineris consilium prisci sapientis, qui o-
ptimum iubet deligere. Vide etiam, vt naturæ tuae idem sit
conuenientissimum. Verum de hoc mature deliberabimus.
Malo enim te videre prius, & purgato peccatore, & litteris eru-
ditum non vulgariter. Vale. Helmaestadij in ac. Iul. Kal. Ian.
CIO. 15. XCIII.

IOANNI CAROLO CASELIO
filio. S. D.

QUando facis ea, quæ volo, & quo modo volo, non opus est
epistola, neq; cohortatione noua. Quod tibi perpetuum
est, perpetuum esse iubeo, vt quantum ingenio præfas, tan-
tum studij in litteris ponas: quod quidem facis à puero: nec
potes aut debes aliud, qui præter imperium sive voluntatem
patris, habes & præeuntem fratrem. In eo multum est, nisi o-
mnia esse arbitris, vt hac pueritia solidas & profundas veræ
vitæ & recti studij radices agas: quod pauci mortalium mature
consequuntur: quin beatos iudicamus, qui in iuventa à vitijs
refugiunt, quod ad ea pleriq; natura feruntur vehementius.
Places mihi in sermone Musis caro, & studio ~~magistratur~~: in v-
troq; velim te progreedi. Sine his nunquam penetrabis inte-
riores litteras: studia autem sapientiæ felicius coles, si Græcè
didiceris. Video quibusdam secus videri: errant: id alias tibi
ostendam: nunc nihil, nisi hoc: qui negligunt, ijs aditus ad
principem poëtarum, quem eloquentiæ & sapientiæ fontem
prisci

prisci perhibebant, in perpetuum interclusus est. Hunc tu puer leges, & degustare etiam nunc potes: ad quam rem magistrum habes, & me præter eum: si per occupationes docere vos minus potero, ut velim, confirmare & ducere & debeam & potero. Vale. Helmæstadij in acad. Iul. K. Ian. c. I. l. xiii.

HERMANNO AB HOLLÀ.

S. D.

EGregia te & omnium prima victoria potitum, iudico. Quantum enim video, animum acrem incredibili studio, sub iugum rationis misisti: id est fortissimum facinus, cuiusmodi duces plerique, vel qui de honestibus triumphos egerunt, non designauerint. Nam, quod ad voluptates, quæ ita vulgo nominantur; ad eas te inclinare non animaduerti. Causam igitur habeo tui magis amandi grauem, vel eas plures: duas vide: una in te est, quod te ipso multò iam es melior: altera à me, quod ipse tibi supra omnes studiosæ huius vitæ auctor exstiti. Nec enim negabis, te id omne mihi debere: quod non dico, ut tibi, quem scio esse gratissimum, quid exprobem: sed meam benevolentiam testatiorem faciam. Tu verò, neque hoc opus esse, dices, cum, ut erga te affectus sim, perspectissimum habeas. Non possum te etiam non laudare: in os vno verbo: ad alios, quantum virtus tua meretur, siue id virtutis studium, quo inflammatu es cum paucis æqualibus. Hoc vestra ætate, hoc vestro genere dignum: haec potior est, & vera nobilitas: siue aliquid maius, in quo mihi assentiris. Hic enim res: illic opinio mera, vel opinionis multum. Iam (patere enim, ut dicam, non quod metuo, sed quod magis tibi volo) confirma te, & omnia fuge, quæ aliquo modo labefactare istud studium possint. Quod eō tibi facilius esse existimo, quando, ut dixi, ita es à natura factus, ut illecebris voluptatum non facile capiaris. Tamen hac prima tua iuuenta, qua se multa in vestros animos pulchra quoq;

E 3

specie

specie insinuant, vigeles censeo, & lucem rationis omnibus,
quæ meditaris & agis, admoueas. Adiumento tibi sunt, eruntq;
semper eæ litteræ, quas non minore studio colis, quam Eber-
hardus, frater tuus, apud nos solebat, & in hunc diem facit, vt
amici nunciant, & eius crebra litteræ testantur, quæ omnino
Atticum leporem sapiunt. Neq; hic ego tibi noui aliquid præ-
cipio, vt solebam. Ipse namq; scis, quas rectè colas: tamen, si
quæreris, vnum addam: siue potius tu vnum adde: fac, quod o-
lim faciebant nobilissimi quiq; adolescentes & in Græcia & Ro-
mæ, quotquot ad remp. adspirabant, vt principem poëtarum
accuratè cognoscas. Haud te fugit, quid ex eo spes fructu-
um, nec quomodo te in eo geras, ne te operæ peneiteat. Si
quid statim non vides, meditare apud animum: etiam quære,
tum ex aliorum monumentis, tum ex nobis. Habes enim & a-
lios: sed ipse ero vobis pluribus. Vale. Helmæstadij in ac.
Iul. K. Ian. c. 10. d. xciii.

IOANNI ERNESTO AB HOIM. S. D.

Mirum tibi fortè sit, quod cum patri tuo facilè, mihi minus
satis facere videaris. Tu verò patri hodiè non tam reipsa,
quam spe satisfacis: velim illa quoq; vtriq; quamprimum, siue
potius mature. Idem verò & patri tuo, & mihi de te polliceor.
Quod in illis laudibus semper es, gaude, idem & ipse gaudeo:
Quod ego te sèpius moneo, in eo nihil est, cur doleas: tu verò
etiam iubeas & obsecres, te non moneri solum, sed etiam re-
prehendi, si ea memineris, quæ vobis proximè declaravi: sed
aut nunc etiam mihi gratias agis, aut ages propediem. Iam e-
nim haud longè abes, non à meta, ad quam paruo negotio, &
breui nemo peruenit, sed ab illa semita, quæ rectâ ducit ad vir-
tutem & sapientiam. Ab hac semita ne aberres, velim tibi
cautio

cautio sit. Si, vbi es, ibi nunc subsistas, omnis aetatis labor pre-
rierit: id causae est, cur ego nunc magis virgineam, quam ante
fecerim, ne eas, ut pueri, sed strenue pergas. Potes enim,
quando & aetate & profectu firmior es. Nec aliud sibi vole-
bat iocus de clitellis: propediem te *ἀφετημένον* finemus. Pro-
fici scire igitur, quoniam instituisti. Alia tibi praeципiam, vbi, quae
excepisti, ad finem perduxeris, ut Graecos etiam per te legas. Id
qui adeptus sit, probum sibi viaticum parat ad arcem sapientiæ:
qui in universum negligat, ad elegantem eruditionem nun-
quam, ad colendæ vitæ humanæ aptissimam rationem vix ali-
quando perueniet. Vale. Helmstedij in ac. Iul. Kal. Ian.
cic. 10. xciii.

GVILELMO HENRICO CRANICH- feldio S. D.

Credo, quod aiebas, gratum tibi fuisse, quod te petente in
vslus tuos *υπομηματα* confereram. Delinearam, quae tum
potissimum in utroque studio sequereris. Tulerit unum idemque,
nomines, siue bipartitum facias: modo virtutem cum doctrina
semper copules, quae per se diuelli non debere, & nexus na-
turali arctissime cohaerere, existimandum est. Prorsus autem
nihil habeo, quod vel de uno, vel de altero te moneam: nec
propterea calumnum sumferim. Quod autem aliquid scribo,
facio, ut utrumque videas, & te mihi non minus carum esse, quam
sunt carissimi, quos sic doceo aut moneo, & multo etiam ca-
riorem, quam initio fueris, cum mihi a tuis traditns es: quanto
melior es hodie, quem ego probum ab illis accepi. Qui nul-
lum diem intermitit, & ordine procedit, & tractat, quae suæ
aetatis & conditionis sunt, facile mihi, &, ut opinor, ipsi rei sa-
tisfacit. In hoc te esse video, & perseveraturum spero. Quid
enim rectius faciat, & se dignius tui ordinis adolescens, quam
ut historiae & poetarum lectione animum oblectet, atque ita sa-
pientiae

plentiæ studium condiat? Tu verò hanc ex illis quoq; petis: nec
quomodo id fiat , ignoras. Sic ad vitam rectam beatamq; tibi
viam sternis , cui id facile est, & fortunæ bonis instructo, & in-
genio prædicto. Vnum vide , ne tibi obstet, quo per se nihil est
honestius. De studio sodalium loquor: quorum quidem tu ne-
minem superhè repudiabis: in quotidianam consuetudinem re-
cipies paucos, nec nisi tui similes: & eos ita amabis, vt te quoq;
non odiſſe videaris. Tibi primum amorem debes : id est, vt
cum sis semper liberalis , nunquam doctrinæ vitæq; tuæ ratio-
nem negligas. Id enim tibi hac quoq; ætate diligenter viden-
dum est, vt habeas rationem valetudinis, cuius magnam firmi-
tatem natura tibi largita non est: sed confirmare eam tenuem
poteris: quod nisi facies , labefactabis: nec solum magnum in
eam aliquando sumtum facies, sed etiam cum morbis conflicta-
beris, & officio fungi, siue publice siue priuatim, minus poteris.
Si quid putauit te denuò monendum, hoc fuit: quod tu accipies
in eam partem, quam debes, miliq; insuper, vt soles, grā-
tias ages. Vale. Helmæstadij in ac. Iul. prid.Kal.

Ian. c. 10. i. 10. xciii.

F I N I S.





 JOANNIS CASELII

 AD

 GVILELMVM HENRI-

 CVM CRANICHFEL-

 DIV M.

Cl. mo. & d. d. Ristino vno Th.
Epistola magisteria Christophero
Schian. I. V. D. Rectoy

parageg. Hes-
tin. consan-
Gynto cap.

JW. NACN'D 105.

HELMAESTADII

 In Academia IVLIA

 cl b XCII.



5au:48/78/11789(X) Ioannes Caselius

GVILELMO HENRICO
CRANICHELDIO S. P.

ANus erit propediem, quando venisti ad nos, perequidem nobis gratus hospes: tum propter eum, qui tecum aduenit, tum quia te dignum nostra benevolentia statim animaduertimus & iudicauimus. Namque te domum meam deduxit Aegidius Naccius, quo nemo tibi sanguine proximior est. Fuerat ille mihi olim familiaris, cum in Academia ad Varnū eas litteras coleret, in quib⁹ tu hodie es. Cognoui suauem in moribus & animi integri: & ille perspexit non paucis signis meam erga se voluntatem: hoc potissimum, quod, quem ego veterem morem religiosè seruo, si quid opus esse suspicarer, non minus eū liberè quam blandè commonefacerem. Potest Naccij nostri virtus hinc perspici, quod à tot annis, tanto loci interuallo, mecum amicitiam coluit. &

it: & meos interea ornauit vltro, vbi potuit. Cum verò etiam de meo in se animo non dubitaret, neminem inuenit, cui te potius crederet, quām ei, cui se ab initio fuisse recorderetur, & carissimum esse sciret in hunc usq; diem. Quis igitur ego sim, nisi te amem, quem amic⁹ mihi quasi de manu in manum tradat? Si quid pecuniae, aut vas aliquod siue aureum siue fictile, aut quiduis, apud nos amicus deponat; id amplectimur, recondimus, nobisq; curæ habemus, amicitiæ & fidei obseruantia. Te vero à Naccio acceptum in precio habeo, vt ipse intelligis, cum ipsius caussa, cui hoc me debere lubens profiteor, tum tua, qui preciosus ipse es, id est, vt initio dixi, dignus bonorum benevolentia. Non enim venisti sine ingenio, sine moribus, sine litteris, sine educatione, vt multi: quorum fortè misereamur potius, quām eos statim amemus: etsi abest à misericordia odium: turbidus est, quisquis cum ea est amor: hic cum sincera voluptate, quo bona bonosq; complectimur. Verū de te ad te paucis agam, quantum recte vereq; possum. In multis fuisti felix hactenus: in vna magnaq; re infelix ad-

modum, si id per ætatem te quiuisset tangere.
Eras primus & vnicus in hanc lucem editus,
cum altero à partu mense tibi mater occidit,
Magdalena Sipia, fæmina, vt foror mihi nar-
rat, lectissima, siue illis doloribus vieta, siue
morbo accedente alio. Ita matrem te vidisse
non memineris: lac maternum haud gustaris.
Patrem videris sæpiuscule, quantò ille sæpius te
adspexit, matris desiderio: sed neq; hoc memi-
neris: quòd bonus ille vir in summo ætatis flo-
realtero post vxorem anno occidit. Frustra
auctores vitæ tuæ, quod nunc quoq; tibi ali-
quando dolori esse arbitror: frustra eos deside-
ras: sed idem ad auctorem custodemq; vitæ o-
mnium, rectè respicis. Ita semper facere nos
oportet, & in aduersis rebus & in secundis: in
illis, ipsius consilio, quod nec debet nec repre-
hendi potest, quòd nos ei subiecti omnes, hoc
est autem sapientissimum, acquiescere: de be-
neficijs datorem respicere & reuereri. Singu-
laria tamen in te contulit, & conferet, quando
id voles & ages. In hæc conuertes oculos, ijsq;
vt cæpisti, rectè deinceps vteris. Natus es in
vrbe amplissima, in ciuitate libera: vbi vna, sed
eadem

63

eadem sancta seruitus, ad leges vitam & res su-
as componere, non ad nutum vnius, aut op-
ibus valentium: parentibus item primarijs: a-
deoq; maiores tui primos honores in patria
cum laude gesserunt: ad eosdem tibi aditus est
facilis, quasiq; antecedentium vestigijs patefa-
ctus, præsertim cum ijs artibus studeas, quibus
instructus, siue ius dicendum sit, siue in medi-
um consulendum, vtroq; munere perfungi re-
cte queas. Primum enim seruile nihil habent,
ex ingenuis nati: & spes summa est eos similes
maiorum fore: quod, quia vt plurimum ita fit,
est etiam à vulgo multis dictis idem celebra-
tum. Ingenio etiam bono es, id est, & acri
& probo: ad virtutem videlicet facto, & ad litteras:
quod animi bonum qui adeptus est, &
custodit, quo modo & augetur, etiam in cæte-
rorum penuria, aduersus parentem omnium
querelæ nihil habet: cum salutis suæ funda-
mentum siue principium teneat. Namq; &
educationem non sine caussa quis fundamen-
tum dixerit, quæ idem ita fortè non incepè dif-
cernat: vt naturæ indolem, humano studio
educationem tribuat. Sed neq; hoc præteribo,

cuius usus tibi patebit latissime, quod laetum
patrimonium accepisti. Non enim sine causa
mortales diuitias sibi optant, & in iis parandis
occupantur. Sunt enim vitae subsidio &
præsidio. Quod in eo toti sunt, ut quæ vera bona
sint, prætereant, ac ne quidem usum illarum
opum discant, hic error capitalis est: te felicem,
qui te ab eo iampridem vindicaueris, vel potius
in eum non incurreris, ne ei affinis posthac
fieri posse videaris. Hoc nomine multum de-
bet tutoribus tuis, & illi consanguineo tuo, e-
iusque matri: quæ te sororis carissimæ nepotem,
non minus amat atque filium, & gaudet filium
tui fraternali siue potius paternam curam age-
re: quod ipsum nos facere vidimus. Fuisse
patri tuo curæ omnia, ut qui ipse à virtute nun-
quam deflexisset, & magni faceret litteras, quas
in prima pueritia degustatas, in ipsa rei familia-
ris graui amplaque cura recolendas sibi sumpserat.
Igitur hisce studijs te destinasset. Sed qua-
si id diserte mandatum fuisset, ita fideliter illi
gesserunt. Vix enim fari didiceras, quando
tibi inuenierunt, siue educatorem, siue magis-
trum velimus appellare, siue verius animi cui
paren-

parentem, Antonium Mocerum, de cuius integritate & summa eruditione antè mihi constituit: ac præterea, quis vir sit, neq; ciues tui ignorant, & videre potest, qui eius erudita, pura & perspicua scripta degustet. In ijs enim nihil spirat, nisi quod rectum sit, & lectorem non supinum erudire possit. Puer admodum ad eum deductus, in eius ædibus & conspectu exegisti omnem pueritiam benè, atq; tibi etiam, quod ad omnia attinet, commode. Finxit ille mores tuos, formauit animum, litteris te iuibuit, quas peringenium & ætatem caperes. Decennij apud eum virum, in ea disciplina exacti, te pænitere nunquam potest. Utinam parentes talibus credat filios potius, quam aut domini negligant ante oculos, dum ipsi rem familiarem curare necesse habent, aut committant, neq; bene litteratis & imperitis, quibus ipsis disciplina aliorum opus sit, vt qui perturbationum animi iugum nondum excusserint, neq; dum rationis documenta acceperint. Viueres etiam ibi hodie cum fructu bonoq; tuo. Verum, quia tuis sic visum fuit, idemq; probauit Mocerus, vt foris & nobiscum,

quamdiu videretur, viueres; non attinet ad te prædicare, quām & libenter te acceperim, & tuo ingenio, moribus studijsq; dilecter. Hoc quoq; argumentum est educationis legitimæ siue bonæ. Nobis videndum est: immo tu vide, ne quid committas, quod minus cum tam optatis bonisq; principijs non sit consentaneum: nec id dico, quod tale metuam: immo spero, quæ præcipio. Ita enim te ex eo die gesisti, quo te primum vidimus, vt nemo habeat, quod in te culpet, ego etiam quare te prædicem. Ea es probitate & suavitate morum: ea comitate; ea diligentia, tām in officio, quām in litteris, vt te non iam alios, etsi non habeo nullos, sed te ipsum, quando tu tibi ipse proximus es, imitari iubeam. Da operam, vt te quotidie fias melior, putans, nihil esse turpius, quod sine dubio iudicas, quām se fieri deteriorem. Non legis, nisi cum alios bonos scriptores, tum historias, non solum vt sis habearisq; doctior, sed multò magis, vt fias, quemadmodum dixi, melior, & accedas ad vitam ciuilem instructior. Eadem de caufsa & eloquentiæ & iuri studeſ, siue ſtudebis, quando hac prima adolescentia

65

scentia vtramq; viam primum ingrederis. Sed
quotidie erit tibi quærendi ex me, mihi tui do-
cendi, si quid in mentem veniat, occasio. Ma-
ne etiam eo animo, inq; ijs moribus: in illo te
confirma, in his progredere. Sic te inferiores
colet. pares amabunt: diligent, quorum est
generis splendor. An non id hodie fieri intelli-
gis? quò cum peruereris; idem tueri deinceps
tibi in procliui erit. Disce vero, nisi tenes, qui-
bus rebus offendì soleant homines, iniuria,
contumelia, fastu, & horum quibuscunq; no-
tis: cuiusmodi sunt verbum contumax, aut
quidquid est insolentius, quacunq; in re, in vul-
tu, in incessu, in vestitu. Hoc etiam tu nec no-
uo, nec sumptuoso, sed tantum mundo & ele-
ganti vteris: nec sumptum præterea haud
multo maiorem, quam necessarium facis: et
iam necessarium iudicans, qui tuam conditio-
nem deceat, & in tenues fiat. Sed nec aliquem
luxum, nec eum, qui est in victu ames, nimis
equidem, siue hodie, siue apud nos familiarem,
semen etiam, cum priuatim tum publicè, &
malorum plurium & exitiosæ sæpe calamita-
tis: vnde & innocentivino passim maledicitur,


& à

& à poëtis & à vulgo. Asotos autem qui isto
malo obnoxij sunt, dici, scire te arbitror: non
solum, quòd sua nequiter prodigunt, vino, a-
moribus, aleæ dediti, sed multò magis, quod
semetipso eunt perditum. Tibi vero tempe-
rantia nihil salubrius, nihil magis necessarium,
& ad vitam & ad valetudinem tuendam, in
ista virium corporis tenuitate: vt in hac re lar-
giri alijs aut consuetudini, non solum nihil
debeas, sed etiam nihil possis, nisi stolidè ad-
modum vitam, & morbos atq; mortem iuxta
habeas. Cum autem quin mirifice probemus;
in natura tua nihil sit, in eadem facile mane-
bis, inq; bene imbibitis moribus: qui nemini te
prætuleris, nec præferas: cedes non solum, qui-
bus merito cedis, sed etiam si quis sibi cedi cu-
pere videatur. Iacturæ nihil feceris: quin hac
ratione laudem tibi ad omnes auxeris, & pluri-
um benevolentiam pepereris. Qui secus faci-
unt tui loci atq; ordinis, vides vt à nemine a-
mentur, in inimicitias se, simulq; in pericula
induant. Non erat opus, vt hæc ad te perfcri-
berem, sed cum huius generis aliquid deside-
rare videreris, & pænè flagitares; morem tibi
gessi,

66

gessi, complexus ex ijs, quæ in mentem venient, pauca; sed potissima: quotidie, ex me, vel ex monumentis sapientum, accipies plura: siue ipse ea perscrutaberis, siue ego tibi depro-
mam. Vale. Helmæstadij in Academia
IVLIA. 14. Non. Ian. clo l^o XCII.

ΙΣΤΕ ΟΝ, ὅτι πάντων πάντη τρόπῳ θητιμελεῖδος οὐκέπαντα μὴ νέ-
ον, πάντα οὐκέπαντα μὴ πάντες τους εἰς· πρῶτην μὲν, ὅπως εὗ Φρονώ-
μεν, μηδὲ διστοτεῖ αληθεύς ηπιτάν πολλῶν, η Φίλη Ήνος ανδρὸς, η Ι-
δίαις οἰδέας απαγόρωμεθα. οὐκέπαντα, οὐτας εὗ παραιρώμεθα· τὸ τριτον, ὅπως
πάντι πειραμάτων καὶ νῆ τε Εἰδίσα εὗ βελτώμεθα· τὸ πέμπτον, ὅπερ τῷ
ὅντι πειραν καὶ μέγιστον πάντων καὶ ἐργατην, ὡς καὶ τέλος αὐτοῦ
ὅτας εὗ πάντα πεάθωμεν, γε τοιβάντια ἔπειδοξῶν πανεργίας ἀπότε-
ρθε απαχθεῖες· τὸ οὐκέπαντα, γε τέλος αὐτῶν ἀμελητέοι, ὡς πέος
πάντα η πολλὰ ὠφελίμων τε καὶ ἀναγκαῖον τέλος, ὅτας εὗ λεγαμένων
ἢ μόνον πέος πολλάς, αλλὰ καὶ πέος ἑναζοι.



INTRODUCTORY CHAP. XCII



60

IOAN. CASELI.
Ad generosum iuuenem
ERNESTVM A STEINBERG,
IN BODENBURG.

EPISTOLA

De studio liberalis doctrinæ, decente equestri loco natos: aliqua de peregrinatione nobili: non nulla de oratione ciuili perspicua, aspersimus.

ΦΙΛΩΝ.

7.

Τυφλοὶ γὰρ τεχνές ὀξὺ βλέποντας ἀναποδήμητοι τεχνές
ἐκδεδημηκότας.



HELMAESTADII,
Ex Typographio Iacobi Lucij,

cl Is CIX.

Αυτάκης ήσή σώφρων.

Boc mibi persuasi iam pridem pluribus annis:
Quæ sublimia sunt populis, & prima per orbem,
Cuncta meras umbras & somnia vana putandum.
Ipsa igitur per se contempta, hodieque relinquunt,
Nil cupiens, nisi quod viuendi flagitatus usus:
Sit quod edim, vestis, tectum, locus inter honestos:
Ne me, nevè meos cruciet penuria rerum.
Hinc sit; ut hic villa de re cum nemine pugnem,
Ni prior aggressus me pessum iam dare pergit.
At Sophie cum sit rerum regina bonarum,
O iuuenes, ad eam potius deflectite cursum:
Hoc Deus, hoc pietas iubet, hoc oracula cœli:
Ut nobis ratio constet, sint integra facta,
Securis reliqui, nos quod prestatne nequimus.
Quin sibi si Sophia multum quis repperit, omne
Guttula, præ vasto vix est velut unica, ponto:
Id meditans secum, quis tollat in ardua cristas?
Adde, quod hic idem mulierum desideret in se:
Hoc quod non videat, quod in illo sepius erret.
Hic vacuus stygij fastus pulchre exigit aenum,
Et vel humili se deijciat, nego pectori ficto,
Non hominum cuiquam, sed qui regit astra, parenti.
Sic humiles erimus vere, vitaq; modesti.
Nec tamen cueret nos desperatio vacors,
In rebus nec item constantia deseret arctis.

XIII. Kal. Quintil. 1608.

6. an 14873 14789 (X)
Ex Libraria Bibliothecae Jacobi Petri

ed. D. C. 1.

6



GENERO SO IVVENI ERNESTO A STEINBERG, IN BODENBVRG. S. D.

Ratulabar equidem tibi, ERNESTE
STEINBERGI, & BVRCHARDO,
fratri tuo germano, qui ista ætatis ma-
turitate, bona doctrina satis instructi, tanta ani-
morum coniunctione, & contentione, ad ipsam
virtutem adspirantes, de audeundis longinquis
regionibus consilium caperetis, & vobis adiun-
geretis in peregrinatione HENNINGVM AR-
NISAEVM, virum vitæ iam vsu præditum, eru-
ditione excellentem, maximè æqualibus, neque
minus laborum patientē, quām ipsimet essetis,
virorum fortium filij. Neq; enim negligendum
hoc vobis arbitrabamini, quod prudentiores &
fortunatiores vestri ordinis facere animaduer-
teretis. Neq; verò vos tām exempla, quæ tum ex
antiquitate, tum ex hoc sæculo caperetis, exci-
tarunt, aut confirmavit principum & sapientum
auctoritas, quām euidens ratio permouit. Cre-

debatis enim, fieri non posse, quin qui plura vi-
dissent in rebus humanis, plura quoque intelli-
gerent, & prudentius faciliusq; negotia, quam-
uis ardua, tractarent. Neq; hoc institutū parui fa-
ciunt, nisi qui domi desides, limen vix vnquam
transferint, rati sibi iniuriam fieri, nisi cum præ-
stantioribus æquiparentur, quibus hac re, & for-
tè alijs, tamen essent impares. Non infitior au-
tem, multa, eaq; periculosa itinera, ab aliquibus
frustrà suscipi, idq; necesse est plærisq; euenire,
qui vel nimis adolescentes tantam rem aggre-
diuntur, vel litteris se non satis muniuerunt, vel
de fine suarum actionum nihil constituerunt.
Quibus enim ætas est infirmior, cùm vbiq; unq;
sint, tūm foris, vbi maximè sunt in lubrico, faci-
lē labuntur: vt pro bonis exemplis pessima, pro
salutaribus consilijs noxia, colligant: vti merca-
tores imperiti pro bonis mercibus, corruptas
domum reportant, quando, quas non probè in-
telligunt, has ab illis, quod erat cum primis vi-
dendum, non dirimunt. Errare autem eos, qui
litteris carent, in omnibus, perpetuum est. Du-
plo namq; plus videre præditos literis, è quo-
dam Menandri dicto discimus: quem tamen
non

nō loqui puto de præcipuo, siue singulari studio
sapientiæ. Huius enim maior vis est, & ea, quam
homines ingenio assequi possumus, perfectio.
Qui deniq; de fine, id est virtutis & prudentiæ
adeptione, nihil constituunt, ijs maximos sum-
tus cum laboribus perire, mirum videri non po-
test. Horum etiam studijs mercatorum studia
prætulerim, qui dūm peregrinantur, dūm mul-
ta maria nauigant, rem faciunt; videoas, qui ali-
quid prudentiæ simul inuenerint: neque fuere
nulli inter ipsos negotiatores, qui, cum & litte-
ras magna diligentia didicissent, eiusmodi præ-
terea nobiles peregrinationes susceperint. Vter-
que verò vobis prospexit, quem dixi virum:
cuius, quando foris minus omnia tuta sunt, si-
mul consilio niteremini. Quia fide præstò vobis
semper fuerit, ipsi prædicabitis: ego, quod in se
susceperat, ipsi cordi fuisse, litteris ipsius facile
confirmem, quas ybi cunque subsisteretis, accu-
ratè scriptas ad me dedit: feci quoque, vt & meas
legeretis: cum quando fortè vbi futuri essetis,
fuissem præmonitus, sæpè item familiaribus
narraui, quando in Gallia, in Britannia, in Bel-
gio, vos esse suspicaret: & verus, vt postea co-

gnoui, interdum fui : et si citius vos exspectauerā. Vere enim ad futuros putabamus, quos media domum æstas saluos retulit. Ut autem ille à vobis in hanc viciniam venit ad suos, neq; hanc alteram patriam, siquidem ita docti rectè academiam salutant, præterijt. Fuit hoc nobis gratum, quòd de peregrinatione ista pauculis horis multa docuit, quæ sciscitarentur familiares. Exposuit etiam mihi mandatum tuum: ego abeuntem dimisi, non nisi cum perbreui ad te epistola, pollicens tamen, quæ à me præstari arbitrer opus. Quod enim ex me quærvis, id aut ipse pridem tenes, aut ex illo non minus accipias, quam ex quiquam alio, quod statim affirmavi. Cum enim intimas philosophiæ partes penetrauit A R N I S A E V S , idem quoque & illas, quæ sensibus, & maximæ partis mortalium iudicio patent, sibi perspiciendas putauit: idq; leui opera, quia necesse est, ut qui subtilissima quæq; mente videat, altera, populo magis exposita, in manibus habeat: vnde accepimus, cum naturam rerum Pericles accepisset ab Anaxagora, adres gerendas accessisse paratissimum. Has tamen ad te dedi, non vt vos aliquid docerem, sed ostenderem,

derem, me esse eiusdem, cuius vos estis, senten-⁷⁰
tiæ, mirificè deniq; probare, quæ facis. De ex-
quisitioribus disciplinis, quæ scientiæ appellan-
tur, singulorum mentes perficere creditæ, non
est, vt hic verbum faciam: alterius generis sunt,
quæ cultum vitæ respiciunt, & salutem publi-
cam procurant. Cum eo loco natus sis, & à na-
tura factus, huc te referre debes, & omnino vis.
Quid enim viro nobili dignius, quam omnia si-
bi parare, & omnia agere, quæ patriæ, id est, qui-
bus cum vitam degimus, & totis gentibus, ex v-
su sint. Non nego hoc studium dedecere quem-
quam mortalium: sed cum alia sit aliorum con-
ditio, & fortuna, non quid vnumquemq; omni-
um deceat, sed quid quisq; possit, id initio ani-
maduertendum est. Quorum nullæ sunt fortu-
næ, quorumq; humilis conditio, in repub. qui-
dem viuunt, & reipublicæ, non perinde, vtho-
mines cum dignitate: satis hoc, si inueniant, vn-
de miseriām propulsent: his conuenit, vt rem
absque ullius iniuria querant, etiam augeant,
etsi neq; primo loco reip. neque pluribus mul-
tūm commodent. Nobili loco natis, & patri-
monio abundantibus, maiores, natura & legi-
bus,

bus, partes sunt, neq; eorum cuiquam declinandæ: etsi multi in fastum conuertunt opes, neq; se viuere arbitrantur cum dignitate, nisi in luxu viuant, quæ non solum falsa, sed impia quoq; sententia est. Hoc omnes sapientiæ & veræ pietati addicti, probè intelligunt: nec diuersum sequuntur: in quibus vos esse, vestra felicitas & primus honor est. Qui enim genus & diuitias iactant, ipsi inanes dotium ingenij, eos nos sinamus in populo primos esse, & ipse suspiciam, si boni & benefici sint, aut esse velint: talibus non adulor, vt multi vtilitatis suæ gratia faciunt: hoc potius ago, vt illis ipse vsui sim, & seruiam, nihil aliud, nisi publicum bonum, &, quod hoc mihi honori est, spectans. Quotquot autem cuiuscunq; ordinis & fortunæ in litteris educantur, nec ab ijs deficiunt, quo nihil sit turpius, hi viuunt, viuere certè debent, reip. aut ali cui eius non vltimæ partium. Quod si mihi largiris, & ita sentis, vti profectò sentis, non debent ijdem inde mercaturam facere, siue ad quæstum omnia referre: nobili autem eodemq; fortunato viro nihil sit indignius: ortorum autem tenui loco, & primùm emergentium, alia est

est conditio. Namq; his debetur, postquam litteris & opinione virtutis, aut etiam virtute non simulata, adscenderunt in altiorem locum, tum honor, tum commodum: adde præmium: neq; non rectum est, vt hæc accipient, & non delata bonis rationibus postulent, quòd in foro & senatu perpetuas & graues operas præstant. Quod hæc legenti in mentem venit absque dubio, id detestabile est, quòd quidam ignari, oblituè veri finis, id est, salutis publicæ, ad rem faciendam se potissimum applicant, & ditati auro, ne quidem prædijs expleri nequeunt. Hoc verbo attigi, vt me rectè sentire, illasq; pestes reip. non amare noueris: cui tamen se seruire falsò prædicant, & astutè simulant. Tales CL. VALENTINVS FORSTERVS, vetus hospes tuus, dissimilis talium, & ego, multos, eorumque fata nouimus. Dixi de oneribus iurisconsultorum: quibus debentur præmia, & quidem singularia. Fortunatorum ordinis equestris longè alia ratio est. Nobiliorum enim pauci admodum perpetuitatem illiusmodi operarum in se suscipiunt: rectè tamen, & necessariò, si salui esse debeamus, in senatum leguntur, qui cum possideant à repub.

B

sua,

sua, ei minus deesse possunt, neq; vnquam debent: præterquàm quòd ipsis primi honores, vti pars est, tribuuntur in regijs: ijs, inquam, qui se ad illos parauerint. Quod vos fecisse à primis annis sedulò, & nouit academia Iulia, & omnis hæc ad Hercyniam natio. Etenim & C O N R A D V S S T E I N B E R G I V S, frater item vester germanus, vtroq; annis maior, nec ipse litterarum expers, & mathematicarum disciplinarum amans, longè lateque peregrinatus, plurium linguarum cognitionem sibi mature parauit, ad utrumque usum, tūm ad lectionem, tūm ad sermonem, si hospes longinquus adueniat, aut ipse ad reges ablegetur, iterū habeat: accessit (sic enim magis vitæ ratio perficitur) quod in Belgicis castris militauit biennium. Tria namq; potissimum iuuentutem ad vitam præter educationem domesticam erudiunt, quod à pluribus disputatum audiui, quibus assensus sui lubens: literæ, regiæ, & militia. Porrò verò, E R N E S T E, à tot annis in instituto tibi tuo perseverandum iudicas: certo arguento est, quòd ita pertinaciter tibi in proposito perseverandum censes: Hanc constantiam pro palma habeas: cumq; te

con-

72

confirmari à me non dedigneris, ecce facio officium. Vnum relinquitur, quod perpetuum sit, ut agas totos dies, in quo totus es. In deliberatione opus est oratione, ut instrumento: quo semoto, nusquam appareat: neq; innotescat satis, si quid sit boni consilij. Cum autem eloquentia, à rebus inanis, præter loquacitatem nihil habeat; illarum naturæ prima ratio ab optimis dicendi magistris habita fuit: quorum principes habiti, vnicus ille magister sapientiæ, & huius in præceptis, & in orando Demosthenis æmulus, Latinitatis pater tibi cum paucis tritus. Proinde inepti sunt & absurdii, qui, potiore parte penitus omissa, hanc artem se docere profitentur, etiam si digitum in artem differendi intendant: sed haec illas res non agnoscit, nedum tradat: largitur argumentandi modos, non principes, neque locos inuidet. Parùm ad rem, siue vix aliquid, quod de reliquo nec ipsa, quibus opus est, quædam etiam pænè infantibus nota, tradunt pro oraculis. Ineptijs & absurditate se ipsos vincunt, qui pueros in arenam disputantium, vel quasi in rostra ad orandum producunt. Pueris enim ætas etiam negavit rerum in oculos incurren-

tiū cognitionem: sed eiusmodi tamen litterarū depravatores in populo, & apud imperitos in pretio sunt: quibus ostentatione & pollicitationibus facile persuadent, vmbras anteponere rebus, cūm illarum ne quidem somnia dormientes viderint. Tu vera secutus, & his annis vitæ hominum intelligens, & sciens omnium gentium & temporum historiæ, non abibis ab ijs, quæ tractasti hactenus. Quoniam verò de scriptorum lectione præcipue ex me quærebas, Latinæ linguae proprietatis, puritatis, perspicuitatis, elegantiæ, copiæ deniq; esse nobis rationem perpetuam, & singularem curam habendam, & ipse sentio. Has orationis virtutes, quando Latium in Latio multis iam sæculis nusquam fuit, à populo, aut etiam ex viuis dicendi magistris, aut oratoribus petere non possumus, ad monumenta cultissimi sæculi eundem nobis est: in ijs diu multumq; immorandum, & fortè conse nescendum, siue adultioribus & confirmatis, ad ea sæpè respicendum: quod florentibus adhuc rebus omnibus, à Græcis & Latinis factitatum fuisse accepimus, vt idem nobis faciendum, dubitare minus debeamus. Sed quæris, quos ego scri-


scriptores, quibus præponam, siue primos esse
velim: et si, quid mihi videatur, ex alijs audieris,
vel ex ijs, quibus aliud non videtur, nisi quod tu-
midam orationem, quam moratam malunt, &
alienam nouam, siue prorsus obsoletam, quam
veterem usitatam redoleat. Itaq; pro nihilo du-
cunt, si quis de Terentio verbum faciat, aut epi-
stolas familiariorum Tullij in manibus habe-
re iuuentutem primum iubeat. Hic autem cum
illum triuerit, exemplo suo, quid nos facere ve-
lit, docet. Ratio ipsum hæc mouit, quæ nos im-
pellere quoque debet, quod nihil esset cultius,
siue sententiam, siue verba spectares: non, quod
Afer illa scriberet, sed quod cum hoc siue pro
hoc sapientissimi in vrbe scriberent: quod ipse
non insitiatur, & sibi laudi dicit. Hoc igitur a-
dolescens ipse, in Græcis tamen tum potissi-
mum versatus, cum vidisset suadere Manuti-
um, sequebar: in quo fortè non aberrauerim, et
si, quod volui, asseditus non fui, ipse non nisi a-
liquo ingenio, & veniens ad eam rem tardius.
Neque me tamen operæ laborumque poenitet:
vnde, quis miretur? id quod mihi non cessisset
infeliciter, suadere me familiaribus, quod & ho-

diè faciendum dixerim, si quis me consulat, &
audiat. Maleuoli siue alieni ab hoc studio, calu-
minientur, ac si quis vnicam cantilenam canat:
neq; hanc barbarem tamen, si paullò elegantio-
res iudicent. Neq; tamen ibi substi, qui & ob-
sermonem ipsum, & meliore de caussa, quosq;
lectissimos simul præterea legerim, ac ipsos in-
super poëtas Romanos. Homerum enim didice-
ram à pueritia. Nec aliud consulam, huius, de-
quo agimus, studij cultoribus: laudo omnes o-
mnibus, commendo alijs alias, ingeniorum ha-
bita ratione. Reprehendi, qui Plautum non le-
gerent: dixi & quare, & quomodo rectè legatur:
neq; si quem ex historicis nominatim non com-
mendarim, negligi velim: legendos censem,
cùm hac de caussa, tùm ob historiam: Sallustio
nihil exquisitius: quia sublimior est, Thucydi-
dem sapit, neque cuiuis statim obuius. Multum
quoq; confert perpetua, siue multa poëtarum
lectio, si quis, quibus, quando vtatur, intelligat:
intelligit autem, qui præcepta artis dicendi, non
illa vulgaria, sed sincera atque plena, didicerit:
optimi quoq; oratores in eo genere se semper
exercuerunt, atq; ita orationem, & copiosio-

rem

rem fecerunt: & luculentiorem, & hoc recte sequantur, qui velint & possint. Neq; enim hoc omnium est, in tanta ingeniorum differentia: quæ de poëtis consulimus, ad primos pertinent. Huius studij auctores fuerunt multi ante me, qui & hoc fecerint & suaferint: de vno, antè memini: etiam Ioannes Chrysostomus refertur Aristophanem triuisse quotidie, qui Atticè scripsisset præ omnibus: Dion autem Chrysostomus, etiam ab alijs consultus, docet his consentea: neq; id vno loco. Referam præterea tibi quoddam adolescentiæ meæ, neque id inane, somnium: quod hodiè parum abest, quin pro re ipsa habeam: certè non prorsus repudio, neque ignarus tamen omnium, quæ magistri artis proferunt, qui ad hanc, non aliò, respiciunt: ut quis pulcra scribat, non posse fieri rectius, quam si vir bonus ipse sit, aut, quod huic proximum est, esse studeat. Hæc autem cogitatio me à vitæ multis erroribus auertit, ab omnibus non potuit, tūm quod illò nemo peruenit, quod quisquam nostrum intellexerit, tūm quod nullâ diligentia me in omnibus corrigere potuerim: in quo cum non frustra laboretur, frustra tamen laboret, qui per-

perfectionem adfectet, mortalium generi negatam. Habes à me litteras, E R N E S T E, siue lucubratiunculam, qua exposui, non quæ posceres, sed quæ depromere ipse possem, siue deberem. Nec enim debui aut volui scribere, quæ cognouisses antè, aut à viro, quem quotquot nouerint, magnificiunt, accepisses, aut acciperes, quando velles. Hæc autem scripsi meæ erga te, istumq; ordinem declarandæ voluntatis gratia: nec est, quod quosdam susurrare audio, ut placere studeam equestri loco natis: qui ad principes quoq; semper scripserim liberè, neq; corram alio genere orationis usus: hodiè si secus faciam, usura vitæ ad horulam me dignū quis me aestimet? nec ipsemet ego faciam, indies fato obnoxius. Vale Helm. ex acad. Iul. V. Kal. Sept.
cl^o Is CIIX.



HENNIN-

HENNINGO ARNISAE^O

V. CL.

JOANNES CASELIVS S. D.

Euersis vobis feliciter è peregrinatione domum,
cum nos inuiseres, exposuisti cætera, & mihi, &
familiaribus iucunda omnia: neq; id ingratum,
quo plus mihi boni, simulque alijs, creares, quām
molestiæ. Iubebatis enim, me scribere (hoc autem medita-
tionis & operæ cuiusdam est: laborem nolim dicere) quæ in
rem vestram non essent, quod nihil corum vos fugeret, sed
fortè aliorum, qui ea publicata legerent, siue ipsi adolescen-
tes, siue adolescentiæ educatores. Tuo igitur usui nihil pa-
rans, neq; ERNESTI, qui à te omnia accepisset, facilior fui,
tum pro more meo, tum quia mihi in huiusmodi rebus plus
sumo, quām quidam omnisciæ venditatores habeant: for-
tè hoc quoque errato, quod senes in plærisq; plus videre non
iniuria putantur, siue quia litteris magis eruditæ sunt, siue quia
annis reprehensi & correcti, & quod interdum auctoritatem
sibi, quasi legitimam, sumunt. Siue de harum aliqua, siue alijs
de cauiss, tibi tum manus dedi, & rem vobis notissimam,
mihi sæpè cogitatam, & hinc inde scriptam litteris, noua
scriptione repetitam, ad vos misi: placui potissima ex parte.
Quare, cum quid alij, harum rerum, neq; idonei, ijdemque
iniqui, censores iudicarent, moneres, resumendum cala-
mum censui, non ut illis satisfacerem, sed confirmarem alios,
si qui hæc fortè præterea legerent. Neque enim eorum ratio
nobis habenda est, qui animos in peruersis sententijs obfir-
marunt, & suas opiniones pueris & imperitis obtrudunt pro
decretis sapientiæ. Rediens iterum ad nos, cum videres à me
retextum nihil hastenus, opportuna quadam interpellatio-

C

ne exe-

ne exegisti debitum. Credidisti credo, operam meam vo-
bis minus necessariam, profuturam alijs. Esto : egoq; ingenij
seruiam. Principium autem meæ illius epistolæ arbitratu pos-
sum, ansam mihi præbuit loquendi de peregrinatione, ea
potissimum, quam nobilem licet nobis appellare, siue eruditam:
de qua venit modò mihi in mentem, quod concisè fa-
tis, & euidenter admodum, scripsit Philo: τνφλσι, Φησι, περὶ ὁέν
βλέποντας αναποδίηματοι περὶ τὰς ἐκπεδημητάτας. Tu ob studium
sapientiæ idem sentis, sed forte & alteram ob cauissam. Neq;
enim interdixerit Hippocrates ijs, qui iam vera multa perce-
pissent, ne explorarent & plura alia. De altero non debui mi-
nutoria persequi. Cur enim ad eruditum iuuenem, cui tu
præsto es? nec per omnes scriptores vagari volui, quorum
alios euoluisset dextro iudicio, cæteros, cum placeret, euol-
ueret, maiore etiam illius maturitate, non negligens erudi-
tiorum sententiæ, & sincera præcepta dicendi simul respici-
ens. Deniq; illa scriptio ostendere volui meam erga popu-
lares voluntatem, eumque ordinem, in cuius educatione sa-
lutis plurimum repositum est, ob potentiam & auctoritatem.
Vnam educationem, quæ ad militiam est, habent à maioribus
vt prædia, hæreditariam: de animi cultura ad humanita-
tis officia fuit olim minus, vel supinius cogitatum. De ipsis
autem, & de rep. benè meremur, qui alios atque alios, siue
huc excitamus, siue in his erudimus, qui siue opera, siue exem-
plio, atque item consilio plus præstent. Non autem fugit te,
meum erga ciues omnium generum singulare studium: vtque
quibusdam non obscurè succenseam, exteris præsertim, qui,
animo parum grato, nostri nostrorumq; rationem minus ha-
bent: ipse tamen hospitum, in quibus virtus & elegantes bo-
næq; litteræ studiosissimus. Vnde ab aliquot annis coepi me-
ditari, etiam scribere aliquid, quo vtrumq; testatum facerem,
etsi res ipsa, siue studia mea perpetua & quotidiana certius
testi-

36

testimonium dicunt. Inscripti autem φιλόξενοι, et si neutrum
omittam, & de ciuum prærogatiua potissimum, ac fortè
verbosius, agam. Sed & hospites etiam longinquiiores per mi-
hi caros esse, neque tu ignoras. Vidi si enim in consuetudine
mea, tūm qui hanc expererent, tūm quos in eam ob ingenii-
um adsciscerem, Anglos, Scotos, Polonos, Liuonios, Boru-
fos, Belgas, Transmarinos ad boream, ne propiores recenseā.
Neque solum diligendos censui, sed etiam ornandos, qui in
nostra quoque iuuentute ornanda multum boni felicisq; stu-
dij ponerent. De ijs qui domum remigrarunt, non loquar in
his litteris, habuimus & habemus hodiè è Suecia N I C O L A-
V M G R A N I V M, virum modestum, in omnibus bonis disci-
plinis versatum, & in illis explicandis disertum, & ad fidum:
sed de hoc inter nos antè meminimus. Ex ijsdem oris ante
paucos menses aduenit O L A V S B V R A E V S: quem forte a-
pud nos neque dum videris: eius ad te A B A K O N mitto. Sic
enim in eo iuuene, quod potissimum est, non ex nulla parte
videbis. Et vides enim absentia, & habes pro præsentibus,
atque eadem tibi præsentia sunt, quemadmodum quæ eius
generis sunt præsentia; præsentibus neque mentis oculis præ-
ditis, absentia. Tu censem, & de ipso, & de meo epigram-
mate, quo heri hospitem donabam. Præter eiusmodi enim,
& animum & sermonem & cœnam mihi nihil superesse, neq;
ipse queror, & tu probè nosti. Vale. Helm. ex ac. Iul. IIX. id.
Maij cīo Iō CIX.

Interpretatio superioris loci.


Qui semper desident otiosi domi, cum ijs comparati,
qui longinquas regiones adierunt, sunt vt oculis capti,
præacie visus singulari præditis.

Qui

*Qui delitescunt desides semper domi,
Hos diligenter cum viris si compares,
Qui regna lustrauere, et urbes ultimas,
Dicas pares utroq; captis lumine,,
Qui comparentur ad videndum acerrimis.*

Ο ΛΑΩ ΑΓΓΕΛΙΩ ΒΟΤΡΑΙΩ.

Αγανάκτιον τοιράτως πεπάδαν βάλε σπέρματα πᾶσιν ἐπ' αἷς,
ἀδὲ μίαν νῆσον ἔστις τῷ ἀμυρον ἔάσων,
ἵπποι αἰλούαις ἄλλους ἐνεργοσύνην
ἄλλοτε κοσμήσας, ὡς ὁι δε χῆθεν ἐδοξεν.
ἡνίδε περὶ θορέων, ὑπὲρ ἡμᾶς ὅξεν νοήσει,
(ἴδμονί μιν φαίνεται εἶται σικελιώτη,) τόνδε πιθὰς ἀβαπον μέτροις ἐξευξεν αριθμὸς,
ώσε σ' ἐνιστυγμῆφι καὶ ὄφθαλμοῖσιν ιδεῖθ,
ὅσα γραφαῖσι πονῶν μόγις ἡματι αλφήτεια.
ἐξ ἥκῃ βροτῇ μέγα κλέψει, ἀμνοὶ δ' ὄνειρα.



F I N I S.



IOAN. CASELI

Ad H E N R I C U M - I V L I V M lagman. adolescentem nobilem, & singularis expectationis, magni viri, Ioannis lagman. Cancelarij Brunsuig. minimum natu filium,


EPISTOLA.

*In qua quadam DE MODESTIA ET OROEDIENTIA, profutura litterarum studiosis,
ad salutem suam spectantia non fastidientibus.* 8.



HELM AESTADII in academia Iulia
Apud Iacobum, Jacobi Transyluanii filium
Lucium. cIo Io cIX.

Fan 48/73/11789601
EX VIRTUTE GLORIA.



IOACHIMO GOEZIO,
ANDREAE CLVDIO, ET HIL-
DEBR.-GISLERO RHVMANNO, IVRIS-
consultis & oratoribus clarissimis, Serenif-
simo duci Brunsuig. ab intimis consilijs,
S. D. Ioan. Caselius,

Dicitur Ernecessarium est in omni repub. & in vita admodum honorificum tutelle munus, nisi idem etiam supra modum laboriosum sit: quod ego vos non doceo, qui humanae vite rationes, cum ex ipsa doctrina, tum ex perpetuo usu didicistis optimè: sed ita ordior, ut commode ad id transeam, quòd volo: etiam verò hæc alij legent, qui ipsa non èquè intelligunt. Itaq; pergam proloqui, quod institui. Simul enim meas super hac re cogitationes, & curam cognoscetis. Quid enim sit magis necessarium, quam seruari in ciuitate præstantium ciuium filios, & eorum patrimonia cum illis ipsis, tum patriæ? quid honorificentius, quam primi ordinis liberis esse pro parentibus? Laboriosus autem nihil ferè esse potest, cum cæteris, quòd hæc aliquot annorum cura perpetua, & earum rerum bonis tam cordi est, quam domesticarum procuratio, tum ipsis maximè, quibus à repub. feriari unum diem non licet, ac ne libeat quidem. Hoc enim ipse quoq; de vestra virtute sentio: neq; minus bene semper ipse affectus fui erga laborem, cui me à puerò mancipavi. Oritum sibi ignavum habeant, & delicatas voluptates, quibus viuere non placet: neq; enim in illis vita hominis est, neq; que vulgo vita dicitur, diurna. Vos autem, virt CL.mi, hanc quoq; Iagmannorum tutelam & quo animo fertis, & ab illo initio in hunc diem, qua quisq; vestrum res suas, diligentia, hoc est, optima si de, consentiente in omnibus consilio, procuratis pari, vel etiam maiore, diligentia: atq; adeo, non tam quòd à patre, magno viro, Ioanne Iagmanno, vobis imposta, & legibus destinata, quam sponte vestra susce-

suscepta sit: neq; mirum sanè, ob animorum coniunctionem arctissimam, & affinitatem proximam, quæ inter vos & maturè nata, & semper sanctè conservata fuerunt. Id quoq; cause erat, quod ille ex hoc vita campo abiturus, vobis potissimum paternas partes delegauit. Harum cum neque minimam negligatis, primam verò paterna solicitudine geritis. Vi autem quidquid est fortuna honorum, præ ipsa vita in nihilo ponimus: ita præstant pupilli lauissimo quoque matrimonio. Quò enim, aut qua diuitiae, quæ dominum nesciant, aut eiusmodi illæ, quæ habeant neminem, qui ipsis recte vii possit? Statim igitur de vestræ fidei creditorum educatione soliciti, terium natu, Henricum Iulium Iagmannum, acris ingenij adolescentem, cum plurimum dierum itinere abesset, ut ipsius mores & profectum videretis, in respectum vestrum reuocandum censuistis. Missum postea à vobis domum meam, libenter accepi: in quo cum iudicio paterno vos congruisse, neque hoc miror: cuius etiam olim tu quoq; eras, Ioachime Gæzi. Etenim & tu ipse duos filios ad nos misisti, & ille item duos, educandos domi meæ. Primum aduenerant adolescentuli, quando hanc nobilem militiæ litterariae manum dissipauit contagium pestilens: eiecit etiam tum, qui & ipse recens aduenerat, principem Ioannem, ducem Noruegiae, Friderici II. regis Daniæ filium: hi iam sunt anni duodecim, quod vos quoq; recordari arbitror. Ceterum, ut initia educationis Henrici-Iulij sese apud nos habeant, pariim litteris, par-
tim coram vos docui: nec potest fieri, quin pleraque proberis. Ipsum autem cum vidisssem, & alloquio meo & brevi quadam epistola delatum, etiam de alijs iusta lucubratiuncula erudiendum putavi: hec vero ipsa & legit cupide, & descripsit ipse, ut eadem relecta consideraret accuratius. Hec autem ipsa neque reliqua iuuentuti inuidio, cum ad plerosque pertinerent, quæ potissimum persequenda mihi putauit, de modestia & obædientia. In huius generis ξυγγρu-
matiois videri possim Epicharmi emulus, cui sentiebant iam olim magnam gratiam deberi, qui in medium attulisset multa utilia pueris ad vitæ cultum: profunè omnino eadem ipsis adultioribus,

neg_o, non, opinor, viris, qui hac prima etate non diadicissent. Legente
autem hæc & vestri filij, & maiores natu sibi de his iam partis gra-
tulabuntur, minores, illos imitandos, & hæc sequenda, de vestro etiā
imperio, putabunt: qui vestris filijs abunde semper omnia, præbetis
ante omnia, quæ huius generis sunt, posteriora omni reliquo sumptu: neq;
pupillis deestis, si quare ipsis opus esse animaduertitus, & hi vestram
auctoritatem sequuntur, ut paternam. Faciam & ipse porrò, quod in
me erit: neq; quemadmodum hæc procedant, vos ignorare patiar.
Ioannes etiam Isenbergius, iuuenis eruditus & humanus, quem ado-
lescenti suu Biuotiu neg_o emiculiu addidistis, omni benevolentia alumnū
complectitur, & ipse, neq; nescius neq; negligens officij, & me de his
rebus differentiem libenter audit, & consilium præterea meum, si opus
esse putet, requirit. Valete. Helm. ex ac. Iul. id. Mart. c 19. 19 c IX.

HENRICO IV LIO IAGMAN.

S. D.

IOAN. CASELIUS.

DIbenter legi, quæ ipse rescripseras ad
meas. Sic enim facile perspexi, te, &
intelligere, quid velim, nec ab ijs abhor-
rere, quæ intelligis. Hic est profecto primus
cuiq; ad sapientiam, & veram felicitatem gra-
dus, ut quis, posteaquam à deuijs declinare cœ-
perit, non solum ad ea non denuò reclinet, sed
etiam magis magisq; declinet ad recta, siue ad
medium, & rectâ propius metâ ducentem semi-
tam. Neq; vero me fugit, te siue eadem, siue

A 3.

his

his paria, aliquando etiam meliora, & luculentiora audiuisse, & cum his consentanea audire quotidie. Etenim patris tui amici, cum nouerint, ipsum tota vita de his prouincijs præclare suo loco meritum, seq; ab ipso multa beneficia accepisse meminerint; & vobis ex animo, uti gratiarum leges expostulant, volunt, & consilio fideli præstò sunt. Habent enim cohortationes ad officium vim consilij, non minus è fontibus prudentiae deriuatè, quam benevolentia. Crède mihi, HENRICE IVLI IAGMAN-
NE, multi, ijq; præstantes viri, de tua salute, siue educatione curam, etiam vltò gerunt. Ex educatione enim dependent cætera omnia, è quibus sibi felicitatem mortales pollicentur. Eorum autem me quoq; vnum esse, minimè velim dubites. Hoc enim, si tibi persuadebis, de mea in te benevolentia iam statueris, & facilius mihi auscultabis. Eorum enim consilia & cohortationes sine dubitatione acceptamus, & sequimur, à quibus scimus nos sincere diligi. Hanc curam debere me quoq; clarissimo patri tuo, non dissimulo, tūm quod de me, tūm quod in vniuersum de re litteraria ita semper fuit meritus. Ille au-
tem

tem ipse cum in ijs, quæ ad academicas p[ro]f[ess]as
consilium meum requisierit, & in pl[an]tisq[ue] pro-
bauerit, ipse vir sapiens & disertus: tu minimè
dubitabis ea sequi, quæ ego tibi, siue simul tot
viri boni, tui studiosissimi, vltò consulimus.
Profsus enim & animis, & sententijs, in te erudi-
endo atq[ue] educando congruimus. Mihi autem
hac in re plus sumo, tūm quod viuis domi meæ,
tūm quod illi, quorum partim longius absunt,
mihi ēph[er]os partes non tam imposuerunt, quam
ipsem et mihi sumpsi vltò. Facio autem siue
dico, quotidiè, vt nulla tibi re molestus sim, hoc
est, quām liberalissimè id ab aliquo pr[es]tari pos-
se & debere existimem. Quæ si omnia porrò
ita accipies, vt abs te fuit factum hactenus, nun-
quam te p[ro]enitebit auscultationis tuæ: ac deni-
que futurum est, vt mihi agas gratias, qui non
solùm erga patrem tuum gratus extiterim, sed
præterea filium nouis meritis mihi deuinxerim.
Cum autem te proximè monuerim de re diffi-
cili (nihil enim esse difficultius, quām se ipsum
nosse, etiam à sapientibus proditum est) in hac
ipse re te non nihil adiuuabo, quod non solùm
feras, sed, quò citius, aut rectius tibi subueni-
atur,

atur, flagites, cum facile intelligas, quod viro in
procliui non sit, id ab adolescente vix vnquam,
aut ægerrimè præstari posse. Me verò fugere
non potest, quæ sint quarumq; ætatum propria,
quem non solum litteræ, sed longa etiam ætas
erudierit: qui & singulos, si animum aduertam,
facilius nouerim, quam ipse quisq; se. Vnde
etiam hoc est, quod cùm alios atq; alios moneā,
non eodem modo hanc rem aggrediar, neq; il-
lud rectè fiat, cùm diuersa ingenia sint: sed ut
medicus non omnibus eandem diætam præscri-
bit, singulorum, quibus ille consulit, natura con-
siderata. Quid cui abundè sit, deinde quid de-
sit, primùm video antè, quam de animi medici-
na, siue directione cogitem. Nisi te nouerim,
verborum nihil ad te faciam, neque commode,
bonoq; tuo facere possim. Apud te autem, siue
magis proficiam, siue plurimum efficiam, si te i-
pse prius, vel per te, vel ex me, magis noueris. Nō
agam modò de acumine ingenij, aut profectu
in litteris, sed hanc partem in commodiorem lo-
cum nobis reseruabo: & habes quotidiè litteras
in manibus, ut hoc minus opus sit. Hac epistola
potissimum persequar, quæ ad mores, & animū
faciant.

faciant. Hæc enim sunt præcipua & prima:
quod cum multi sciant, siue fateantur, pauci ta-
men vrgent, qua diligentia oporteat. Nam hæc
nisi sint, cuiusmodi esse debent, aut certè me-
diocria, cætera etiamsi sapientiæ nomine vendi-
tentur, non habeo, ne tanti quidē, quanti sunt:
quod, quemadmodum in vase foido ac escunt
omnia, siue etiā in venenum, neq; raro in ipsius
exitium vertuntur. Ut autem acre tibi inge-
niū natura obtigit, ita acer animus, & seruitu-
ris impatiens. Habis hoc paternum. Erant
namq; in patre tuo vehementia omnia. Hoc
autem, ut recte accipias, paululum digressus: tibi
explicabo. Non nascimur omnes ijsdem inge-
nijs, non ijsdem animis: alij inclinant aliō: neq;
iam de ijs loquor, quos natura neglexisse videa-
tur præ pluribus. Videas enim alios plumbeos
& rusticos: alios ad alia. vitia ruentes potius,
quam pronos. Mente illis nulla ratione, aut
vix eius aliquid inseras: quod negatum etiam
ordini AEsclepiadūm ait Solon. Rem enim præ
omnibus mortalibus, hac cœlesti scientia siue
arte, facerent. Quod ad mores autem, eadē
natura rerum vnicuiq; quantillum hoc sit rati-

B

onis,

onis, impertiuit, etiam quibus minimum, cuius
vi se ab enormibus ad honestiora referant: quod
maximæ parti mortalium non nihil est. Nec de-
est educatio in gentibus non barbaris: contu-
maces coercent leges deniq; publicæ tranquilli-
tatis gratia. His missis redeo ad illos: quorum
alij ad alia inclinant, quæ dicas media siue indif-
ferentia: alij vergunt ad alia, ad silentium, lo-
quentiam, hilaritatem, simplicitatem, animi a-
crimoniam: horum similia; quæ bona esse, non
negaris, neq; dum tamen laudibus prædices: nō
abs re sit, ut quisq; sibi, quod eiusmodi quis pro-
prium habeat, benè nouerit & in perpetuum me-
minerit: ut suum quisq; ad virtutem transferat:
è silentio quis taciturnitatem seruet, sermoni i-
dem studeat: qui sermone delegetur, sermoni
modum ponat, ne ad loquacitatem transeat: hi-
ilarior intra humanitatem se contineat: simpli-
citas fugiat stoliditatem, ab aliorum fraudulen-
tia sibi caueat: acrimonia quæ est θυμωδες, ne
transeat ad petulantiam, temeritatem, audaciā,
studium ijs dominandi, quib⁹ leges non sinant,
semper defigat oculos ad humanitatē et mode-
stiā, quasiq; se vnius modestię censuræ subijciat:

ita

82

ita nihil vetabit, quin acer omnes officij partes
expleat, sine tumultu, summo studio, magno a-
nimo. Hæc multis exposui, quibus & alijs tuo-
rum æ qualium, qui velint, erudiantur: tu autem
cum primis intelligis, quæ in patre tuo prædicē,
ea simul tibi imitanda proponam. Acer ipse
erat, & erat in ipso vehementia omnia, sed disci-
plina, diurno vsu rerum, ratione, moderata, si-
ue consilium caperet, quod habebat præsentis-
sum, siue negotia administraret, in quibus e-
rat vigil & industrius, siue oraret, in quo nemo
illo erat promptior. Itaque tantum virum, &
publicè, & priuatim, apud nos non iniuria et-
iam proceres desiderant: atq; hæc vera est patris
tuilaus, siue sponte tributa, siue vi extorta; quæ
magna atq; iniicta veritatis est! Neq; enim hæc
vel ipsa neget malevolentia: neq; cum aliquan-
do in hanc sententiam quædam, neq; tamen o-
mnia, qui neminem effusè, in os laudare didici,
scriberem, alia dixi, quam quæ & sentirent o-
mnes boni, & in re ipsa erant: neq; soleo, neq;
debet, quemquam hominum ultra humanam
conditionem, aut præter etiusq; meritum, ex-
tollere laudibus. Ad filium mihi licet hæc,

siue potius oportet me scribere : nō solum, vt te
ad ingenium patris factum, doceam, sed hortem,
cogam etiam, si hoc penes me sit, vt, quæ pater-
na habes bona; ea studio, & perpetua cura, exco-
las, saltem ab ijs nequaquam degeneres, quod
neq; ex re tua, neq; ex honore tuo foret. Tu-
us autem ille, quem dixi, acer animus, quemq;
tu in te agnoscis, imò agnosce nunc, à me bo-
ni fide monitus: per se bonus, non vt virtutis
appellationem, & laudem mereatur, sed in
ambiguo, siue ancipitio est: nec enim vacil-
lare dicam, ne quid de te sinistre ominer. Au-
di igitur, postquam sentis in te hanc acrimo-
niam, quam si forte affectu occupatus, minus
sentis, crede mihi, vt non notitio ingeniorum
existimatori; audi, quid te facere velim, vt pa-
ternis vestigijs recte firmiterq; insistas. Acri-
moniam autem non ego te obtundere iubeo,
sed potius acuere, sed qua parte debes, & re-
ctum est. Est verò acer, libertatis amans, ab-
iecti nihil habens in animo: videndum, ne li-
centia tibi imponat, sumpto libertatis habi-
tu, siue nomine: libertas tibi salua est, si fa-
cias, quod per leges, & rectam rationem liceat

non

83

non quod libeat, nisi hoc tantum libeat, quod
rectum est, ut sit in emendatis: id enim libere re-
cte licet: licentia vergit, siue ruit, quo vult, plerū-
que ad deterius, deniq; ad perniciē. Transit enim
in petulantiam, & in ipsam malitiam cuius illa
cunq; generis sit, quod certum est ad calamitatē
præcipitum. Inijce igitur frenū acri illi animo,
siue rationis illud dicamus, siue modestiæ: ratio
modestiæ magistra est & moderatrix eorum,
quæ geris & proloqueris omnium. Ut enim, nisi
ratione, quæ actionum nostrarum regula est,
nemo venit ad modestiam: ita sine modestia
ad virtutem venit nemo: neque erret, opinor,
qui modestiam in virtute habitare dixerit, cer-
tè in vna eademque æde simul habitant: de-
niq; hæc ambæ, nisi vnam eandem credas, ad fe-
licitatem, siue salutem ducunt: quin abducant
ab æruminis longius, negari non potest. Sed
hæc disputent subtiliter, qui velint & possint:
nobis satis sit, & vestræ ætati maximè, si mo-
destiam ipsam habeatis, & in eius plenam pos-
sessionem veniatis. Rem arduam dicat quis,
& raram, & lubricam, apprehensuque & re-
tentu difficultem. Huic ego querelæ, & ipse

assentior: tu tamen de modestia perpetuò cogites, labores, ne ipsa tibi elabatur è manibus, & ex animo. Non nisi verbo ostendi, quemadmodum tenera & prima aetas compos fiat modestiae, ratione scilicet, eaq; recta, et si nisi recta ipsa sit, ratio dici non meretur. Hæc sola ratio magistra est modestiae: id quod ista ætate, qua tu es hodie, adolescentem obliuisci non oportet, nisi in medijs fluctibus varie iactatus, miserè sub mergi malit, quam in portum salutis lætus appellere. Clavo rationis opus est: ratio gubernatrix huius triremis est. Notum autem hic & varie connexum nodum dissoluere laborabimus. Qui puerili ætati sibi rationem vendicant, in ipsum rationis limen impingunt. Ea si non satis instructa est adolescentia, atq; aliò abrepta, tūm à sensibus, tūm à turbidis, nec vnius generis animali motibus, à quo quis eam, veluti vtendam sumet? Hic est ille nodus, quem alij silentio forte prætereant: nos non incidimus ense, vt Macedo Gordium, sed arte dissoluemus, vt intelligatur, & quæ sit illa ratio, & penes quos illa sit, vnde sumenda deniq; Est igitur hæc ratio, primò parentum, aliorum præterea, qui quocunq; loco

pro

39

pro parentibus sunt, imperium, obiurgationes, exhortationes, obsecrationes. Quia manu autem adolescens hanc rationem accipiat, nouisse, ego magnum esse operæ pretium existimo: qua verò altera, quam tua ratione? namq; non nihil rationis est, se rationi subjcere & veluti totum dedere: vt quasi puer pusilla ac debili manu fortis viri manum firmorem prehendat, quæ vacillantem teneat in salebrosa via, subleuet, ac erigat. Illa dico manu, quæ fulcro egeat: sed & porrecta opus est: atq; hæc est obedientia. Non cadit autē obedientia in malos aut leues, vagosq; animos; sed in probos, adspirantes ad salutem, & constantes. Hanc ego tibi, vti bonorum adolescentiæ singulare, siue primum, præ omnibus commendō, quam amplectaris, si probus haberis, si saluus esse vis, & in hoc perseveres, donec tibi ipse pro ratione sis, nec amplius perpetuomorum vitæq; monstratore egeas: et si tum quoq; comitem in viuendi spatio, & ducem in litteris, vt omnia celerius & facilius geras, tibi adiunges. In omnibus enim locū habet hoc, οὐδὲ δύο ἐρχομένων: insuper nulla etiam est, vel adultiorum ætas, quin si sapiant, in rebus suis, præsertim difficiliorib⁹ prudentiorum sententiam requirant. Tu verò H.I. Iagmannus, cuius rei fortè initium hodie facis, breui iuuenis, quotidiano studio ex monumentis veterum petes, quantum mens tua capere potest, rationis, id est, optimorum consiliorum, quibus tibi, tuis, patriæ, quando, quantumq; opus erit, vtaris, siue manibus verses oratores, siue poëtas, siue philologos, siue historiam, siue ipsam vniuersitatem humanæ sapientiæ parentem. Huc enim omnes, te statim allegatum, & huic credere in tempore velimus: quod velle te etiam nunc auguror: nec animi ad meliora tendentis acrimonia aliter faciat, quæ est, vti appellatur, Φιλοπόδεια, quam perpetuum doctrinæ studium interpretaberis. Eos ego iam vitæ suæ modum habere posse iudicem, & εν αφέτοις recenseam, neq; in iugo teneri, amplius, neq; frenis coerceri, regiq; opus sit: sape tuis æqualibus nobilem

bilem locum ex illustri tragœdo attuli, quo delectarentur, &
in hac vera, & valdè necessaria sententia, confirmarentur: Sic
autem Aeschylus, & quidem admodum magnificè, loquitur
de obœdientia: *τειθαρχία γάρ εἰ τῆς ἐυπεραιξίας μήτηρ, γυνὴ σωτῆρος,*
ῳδὲ χειλόγος. Velis verò etiam idq; tua refert, vt hos ego ver-
sus tibi interpreter. Ait, obœdientiam esse felicitatis ma-
trem, vxorem seruatoris: (illo saeculo hoc nomine appellab-
ant Herculē, qui cum calamitates auerteret, tūm felicitatē
seruaret idem ille populis,) neq; id fieri posse aliter. Frusta
autem prosectori absq; obœdientia, vel ad leue commodum
contendat, nedum ad ipsam felicitatem, siue mediocrem vi-
tae statum quis perueniat. Hæc enim, vti mater, parit felicita-
tem, seruatoris ipsa coniux: siue ipse, siue fatū, siue ipse Deus,
per obœdientiam, quæ est sanctè parere rationi, quemq; ser-
uet. Nec est omnino soanniandum, quemquam hominum ser-
uatum iri ex tot quotidie imminentibus ærumnis, aut poti-
turum humana felicitate, temerè & fortuitò. Hanc igitur ho-
spitem, quam ad te diuertere pridem iussi, lubens accipe, & ea
magistra vtere cupidè, quidquid aiant aut faciant alij: quoru-
alij subito pereunt, alij aberrant à felicitate, etsi longius alij,
alij minus. Utēris aut ē ea familiari & perpetua, si cogitabis,
eam neq; vino, neq; multitudine delectari: contenta est lectis
simi vnius atq; alterius societate, nec amat alios, quam sic-
cos. Hi enim soli vigilant, alteri, vel sepulti somno iacent desi-
des, vel tumultuantur, alij alios, vt ita loquar, tumultus, quos
etiam in omni felicitate reliqua, quam vulgus existimet, aut
in pretio plæriq; habeant, miseros esse necesse est. Verùm ego
fortè te nimis longa epistola teneo: quam tamen si accurate
iterum atq; iterum leges, tibi gratam iucundamq; futuram
spero: si fuisse, esseq; intelligam, huius generis muneribus
ex interuallo ego te nouis afficiam. Vale Helm. cx
ac. Iul. X. Kal. Mart. c I o I o c I X.

F I N I S.

85

IOAN. CASELI
AD CL. V. IOAN.
RECCIVM,
amplissimum ciuitatis imp. GOSLARIAE Consulem

EPISTOLA

Quæ literarum studia, quo fine, quo ordine & modo colat ingeniosus adolescens, primarij in rep. ciuiis filius.

Τῷ ἀναγνώσοντι.

Καὶ τίδε καθίσται Καστλίας οὐδὲν οὐδὲ
χρέου χειμερίας λαβούσεω χίονος
Δημόσιον οἶδεν οὐ πάνταν, δοκεῖ καν οὐειδεῖ
Τι γνοίη θαλερῆ τῇ νεφελῇ Φέρειν.
Τὸ τευκτὸς Χειρῶν, η Φενίξ, η Επιχαργός:
Ως κακός, εἰ πλεῖστος οὐδεὶς ξέστι.

M. B.

CL. V. DR. C. B. Henricus Riebelius
recte a secessoribus indicu monitionis.

GOSLARIAE

ex Officina typographica IOANNIS
VOGDII.

ANNO M. DC. X.

1795

IOANNI RECCIO AMPLISSI-
SIMÆ VRBIS IMPERIALIS GOSLARIAE
CONSULI PRIMARIO, V. CL. S. D.

8am 48/73/11789 JOAN. CASELIUS.

Vlta nos usus vitae docet: in alijs hoc quoq; quemadmodum ipsi boni in omnibus, bonis omnibus non èquè placent, etiamsi illi rectè faciant, neq; perperam sentiant: hoc propterea euenire existimandum est, quòd boni etiam habentur, & sunt nonnulli, qui vitae mortalium rationes non satis, aut ne vix quidem intelligent, interdum ne quidem aspexerint. Ex hoc genere in iudicando alucinantibus, aut ab alijs in fraudem inductis, facile ignoscimus: malis autem cedere & placere, neq; velimus, neq; velle debeamus, neq; etiam in præcepta aliqua opinione obstinatis: quæ tamen pertinacia ex imbecillitate ingenij aliquando oriri deprehenditur. Hoc in sententia, siue in foro, siue in curia dicenda semper sequendum, vos principes reipub. docetis quotidiè, & inculcatis minoribus: hoc ipsi constanter facitis, dum neq; odio, neq; beneuolentia, neq; aliqua utilitatis specie moti, in vero & iusto,

sto, & æquo perseueratis, siue res gerendæ, siue di-
cendæ sententiæ sint. Qui huic sanctæ disciplinæ
vestræ non pareat, & à laudatissimo exemplo vestro
declinet, cum ecquis in pretio habeat, aut beneuo-
lentia prosequendum censeat ? cùm ne speciem
quidem integritatis tueri posse videatur. Quæ
dexteritas, siue sinceritas iudicij, cum in singulis,
quantum fieri potest, & res ipsæ patiuntur, neuti-
quam negligenda sit, non minore religione seruan-
da in ijs est, quæ spectant summos disciplinarum
gradus, easq; doctrinas, quæ esse debent regulæ eo-
rum, quæ deinceps inter mortales rectè gerantur.
Hæc enim nisi vera sint, fieri non potest, vt recta &
iusta aut ijs subiçiantur, aut ex illis producantur.
Hoc igitur etiam ipsum in omnibus, qui in cam-
pum scribentium descenderint, omni religione i-
tem videndum, ne quid admittant, aut intromit-
tant falsum, neq; dubium pro certo statuant, neq;
certa in dubijs habeant, aut sophismatis, vel verbo-
rum quasi imbris perturbent : aut quæ magni
momenti sint, in nugis ponant, aut nugas vendi-
tent pro oraculis. Quæ vbi committuntur, aut ho-
rum aliqua, ibi cum veritate, rectæ vitæ rationem
laborare necesse est. Operam igitur ludunt, & se lu-
dibrio exponunt passim gentium, qui hoc ynum a-

gunt, ut qualibuscunq; ingenij monumentis, etiam si plæriq; vltra prima earum rerum, quas pollicentur, principia, vix aliquâ progressi sint, passim famæ aliquid aucupentur, parum interea solliciti, qua, quantaq; doctrina excultum, aut qua virtute ornatum, lectorum dimittant, ex eo, in quo se ostentant theatro. Neq; tamen omnem illam familiam ego derideo, sed ~~ovys~~ ~~egregios~~: qui popularis, &c, vt suspicetur quis, non huius tantum seculi morbus est: quo me quoq; laborare, neq; prorsus ipse nego: neque opus est hodie, quando neminem pudet, ita ostentare siue inscitiam, siue persuasionem sapientie, quam, si tibi idem videatur, abortum falsæ scientiae nominemus, vt gloriosus miles cicatrices suas ad magnifica verba suspensis ostentare sæpe solet. Me quoq; abreptum in hunc scripturientium exercitum non inficiar, &c (fateri enim & hoc licet) magis doleo, postquam ex eo me eximere deinceps nequeo. Est enim quasi morbus inueteratus, & ultima hac ætate incurabilis. Silentio rectius usus fuisse, nisi forte eam comœdiā agentibus plausum darem. Sic enim in tantam reprehensionem non incursem eorum, qui hac arte aduersarios querunt, à quibus celebrentur: qui tamen haec tenus me petiuerent frustra. Cur enim eos referia, qui pulsantes aë-

rem, me non vulnerent? aut cur iniuriam molientibus beneficium parem? Potent enim tanti se esse, qui ad alios prædicentur, ob virtutem suam, Iis igitur semper non sine cauſa, aut etiam superbè relictis, in more meo annorum plurium perseuerovt nemini iniurius, cum nemine contendens, scribendo persequar, quæ citra veritatis iacturā, & cuiusquam famæ læſionem legi poſſint, à nonnullis etiam, cum aliqua utilitate cognoscantur. Etenim prodest, qui ab auijs abducit, & monstrat viam regiam, vterq;, & hic qui docet & confirmat vera, & alter, qui repudiat refutatq; falsa. Illud est alicuius eruditio-
nis, & magnæ audaciæ; hoc primæ cuiusdam fa-
pientiæ. Sapientiam autem veneror, & in alijs pro-
nus adoro: mihi vendicare non debeo, neque ullo
merito poſſum. Aliquid doctrinæ cum sapientes
quoq; mihi assignent, ipſe negligens censuræ in-
doctorum, & vulgi, mihi quoq; gratificans, siue di-
ligentiæ perpetuæ conſcius, quæ ſterilis in vniuer-
ſum non putatur: etiamnum & corām cum nostri
ordinis primarijs viris conſerre audeo, neq; cum ijs
ſoleo contendere, ſed ab ijs, neq; etiam à minoribus
non quoq; nihil accipere, & interdum uſurpare in
meis, &, quoties ſiue cauſa ſiue occasio eſt, quæ-
dam perſcribere, quibus minores forte erudiantur,

quæ tamen censeant intelligentes: quin hoc modo
excito alios, ut proferant meliora atq; perfectiora,
qui tamen pauciores prodeunt , quām sit ex vſu
publico. Etenim, vt in imo subsellio vlla in re obſto
nemini: ita nouationum auēt̄ores & propagatores
odi & contemno: contemno , vt rerum nihili ma-
gistros, odi, vt quos auerser , quibus tamen aliquid
mentis precer. Ita igitur multis te affatus , vt fit in
ſermone familiari; ad id , quod potissimum vole-
bam, venio. Cum autumno hâc transires , & apud
me , & poſtridiè apud te essemus , differere cæpi-
mus , vt fit , de alijs atq; alijs ; cætera deseruimus : e-
rat perpetuum , de aliqua parte politæ doctrinæ,
quod hic nobis quotidianum est , tibi non infre-
quens , ſiue domi munus iſtud ampliſſimum geras,
ſiue quacunq; in re publica abieris , qua occaſione
ad nos paululūm declinaueras. Aderat nobis filius
tuus , IOANNES RECCIVS , qui alterum iam annum
apud nos in literis viueret. Concederas antè filio, vt
non ætate , ſed ſtatu corporis grandior , vnâ in Sue-
ciā transmitteret cum adolescentibus generofis
primi ordinis: quod rogatus , & petentibus affen-
ſus, te rogans, vix impetrauerat. Non ceſſit ipſi in-
commode illa nauigatio cum hominibus notis, i-
pſiusq; amantibus , & conuiētus iucundus in no-
bili ſſi

bilissima Comitum S T V R I O N V M familia , vbi neque cætera desideraret , & cum uno alteroq; litteras, pænè vti domi, coleret : quod nisi esset, filium domo ad boream non dimitteres.

Adolescentem autem cum reliqua tenerent omnia , eius animum nonnihil conturbauit illius temporis regni status turbulentior. Diadema enim affectabat princeps C A R O L V s , quod alij S I G I S M V N D o , regi Poloniæ asseruatum volebant: ille autem sibi sumebat, iamque diem inaugurationi constituerat. Tum igitur filius tuus non minore cupiditate è Suecia soluit, quam illuc traiecerat. Cum vellet autem , quod pater semper egeras, porrò studia litterarum persequi, venit nobis à te gratus hospes: præceperas, in quibus esset ipse litteris , & quorum confuetudine , & magisterio vteretur: ita vt velles à me censeri omnia. Huc cum primis ibat tum oratio tua , vt quam recte feliciterque officium filius faceret , cognosceres: vnde transiuiimus ad aliud, siue potius ad idem , quod ad plures pertineret , de educatione apud vos adolescentiæ , quam à nostra memoria recte istic institutam prædicarem. Ita fuimus digressi, vt quæ inter nos, vltro citroque de vtroque dicta , siue dici cæpta fuissent , de ijs ad te

communia decreta me perscripturum in me recipem. Non poterat enim ad mensam, vbi alia nonnulla & leuiora occurserent, aliena pleraq; adferri omnia, nedum expediri. Placebat mihi, quod neq; improbabas, vt de rebus non dissimilibus, sed diuersis tamen, non eodem tempore, aut eadem opera agerem. Interea vtrumq; fortè præstitum oportuit, quorum tamen ipse, quod facilius putem, & tibi sit gratius, modò persequar: nec tamen nisi familiarius: in quo & tuo potius iudicio stabo, quam te meam sententiam sequi iubeam. Tu enim & pater es, & hæc intelligis non minus, ego amicus, & tibi, & filio, prodesse filio, & placere tibi studio: vel solo autem hoc studio placeam neceſſe est. Non est, vt dicam de prioribus, siue de principiis, quæ domo siue è ludis litterarijs adferre in academiam, si fieri potest, omnia, vel maximam partem adolescentes volumus. Per autem rarum est, sed optabile admodum, & ad rem plurimum faciat, si vtriusq; linguae cognitionem secum adportent, vti plæriq;, qui his annis è vestro ludo veneré in academiam Iuliam: quin imbuti fuere vestri adolescentes commodis bonisq; moribus, & instructi initijs logicis, non ijs quæ passim, per plura quoq; oppida, falsa frequentantur, excogitata à noua-

nouatoribus, & propagata ab ijs, quibus nugas age-
re philosophari est. Nugæ enim protectò sunt, eæ-
demq; noxæ, pueros in scenam producere ut philo-
sophos & oratores, illos ad differendum de abditis
etiam sententijs, hos ad orandum de rebus in vita
arduis; & persuadere vtrisq; personatis, eos ipsos
esse, quorum personas sibi imponi patientur. Ta-
lem autem & ætate & doctrina filium tuum acce-
pimus, vt ad capiendas lautiores ingenij epulas ido-
neus esse videretur. Iam igitur venio ad illum no-
dum, in quo soluendo aliquid operaæ ponere cæpe-
ramus. Et docti viri, præsertim occupati publicis
negotijs, & viri nobiles opulentí, vtriq; habent in
votis (& quis non item aliis? nisi aias cæteros ab a-
more liberum vacuos) & hoc volunt, & vrgent se-
dulò, & sperant, & sibi promittunt, filios breui ade-
pturos, quæ cæteri mortales perpetuo studio, varijs
molestijs, neq; breui annorum spatio, & vix tan-
dem sibi comparant. Hæc cum habuerim statim ab
initio pro somnijs vigilantium, vidi deinceps etiam
plærosq; frustratos ea spe. Etsi enim excellētia in-
genij quidam erumpunt, vt vuæ quamuis dulcissi-
mæ, præcoquæ, id & rarissimum tamen est, & eue-
nit nonnunquam alicui de populo. Errare in hoc
fortunatores nihil mirum, Namq; consilij bonitas

nion profinde comitarū res secundas: ijdem si præclarè docti sint, fortè rectius consilium capiant, & felicius. Mirum autem de viris doctis, ijsq; primarijs: sed his fortasse hanc cogitationem seriam ex animo exutiunt occupationes: quas seponere ipsos iubeam, si quid arduum aut singulare eruere, ac cōstituere in animo habeant. Recogitarent rectius primam etatem, quemadmodum, & quam diu, & quibus rudimentis ipsi fuissent exercitati. Nihili esse creditur, vt litteras agnoscat parvulus, vtcunq; legat, non insulte, que legat, pronunciet, scribat aut eleganter, aut quod commodè legatur: annus abit etiam tertius: quæ pauci pluribus non assequuntur: ingeniosi citius, cæteri tardius: de sermone litterato nihil dicam, in quo balbutiunt etiam adolescentes: non referam, quibus interea excrucietur prima ætas: nec nisi ingeniosi recepta ad docendum lingua, vti aliquando nobis propria queunt commodè: neq; dicam de altera tibi probe cognita, quam & filius didicit, iubente te, atq; inibi etiam nunc est. Facit enim & hic quod volumus. Plæriq; enim exemplo plurium aliò desiliunt, nihil estimantes iacturam impensi temporis, & omnium, quæ feliciter exorsi fuerant. Eam licentiam cum non feceris filio, satis etiam ei temporis ad

paranda reliqua assignabis: quæ, semel omissa, raro
repetit adolescentia. Idem de perficienda latina o-
ratione sentiemus: scriptorum autem lectionem
vnum diem seponere prius adolescentj non licet,
quam latinitatem sibi comparabit expeditam: à
quo et si nunc tuus abest proxime: tamen nemo se
confirmabit, nisi qui prima iuventa voluerit & re-
uoluerit poetas, oratores, historicos: nihilominus
autem ubi asscutus fuerit, quæ ipsum assequi pri-
mum volumus, eadem aliquot annis, ex aliquo spa-
tio identidem regustabit, tum ne quid præsentium
defluat, tum ut non interdum nihil affluat. Agit
autem hoc iam sedulò: quod, qui cum aliqua dili-
gentia agit, simul & vitæ regulas & boni consilij
copiam, sciens nesciens sibi comparat. De utilita-
te, quæ inde prouenit, adolescentia nihil suspicatur:
videre non queunt, tum per ætatem, tum quia
fructuosa ante omnia plæriq; sectantur: id est, e
quibus ipsi commodum certum, ut mercenarij ex
operis flagitant, sibi pollicentur: sed eiusmodi o-
perarium euadere nolumus consulis, primarijue
ciuij filium. Nam certè operarij sunt, quotquot li-
bris incumbunt perpetuò, & causis ad se delatis,
ad res, quæ extra forum sunt alias, siue priuatas, siue
publicas, muti penitus, interdum etiam stupidi.

Neq; hæc est contumelia in iurisconsultos: quòd
de ijs loquimur, qui aliud neq; egerint, neq; agen-
dum stateerint, & sui similes alios velint: id est in
cæteris , neq; sapere, neq; dicere: tales autem non
nouimus nulos: alios tamen etiam alijs magis fa-
ctos ad hominum consuetudinem , & negotia ali-
quantulum diuersa, non nego. Hi quoq; conten-
derint, & cætera esse in legibus omnia: neq; nihil
ipsi dicunt, quando nihil ferè geritur in vita mor-
talium, de quo non item concionentur leges, & ali-
quid determinent: accedit, quod qui eruditè leges
explicant, in commentarios suos ex historia , & a-
liorum scriptis , & ex ipsa philosophia multa adfe-
runt. Vnde potius nostram sententiam stabilie-
mus, solido iurisconsulto, multò igitur magis poli-
tico, multis alijs disciplinis cognitis , aut certè non
leuiter delibatis, opus esse. Neq; tu diuersum fuisti
secutus: neq; aliud alij, qui vera cum laude & bono
publico versantur in luce reipublicæ. Sed hic locus
à me diligenter & rectè atque distinctè aliquoties
explicatus est: familiares in hoc mecum sentiunt:
neq; vidi , qui à me dissentirent, vbi legissent meas
commentatiunculas. Nam qui reprehendunt, non
visas , aut lectas absq; accurata consideratione , ijs
nihil est cauſæ , cur aliquid respondeam: hoc opus

91

est, ut rogem alios, ne vel imperitis credant, vel calumniæ: re tanti per in medio relicta, donec consilij mei rationes introspexerint: qui potiores profrant, ijs, me preeunte, subscribant omnes. Et verò alios rogaui, quos sapere arbitrarer: te flagito, ut me liberè moneas, & si quid præterea velis, me porrò flagites. Etenim ut alijs consulo, & ab alijs mihi contrà consuli desiderem: sic doceo, ut ab alijs doceri velim, qui hoc rationibus præstent & modestia. Verùm de studijs filij tui est hæc commentatiuncula. Anne verò ipsi moram injiciemus (hoc enim & patri honoris filij studioso, in mentem veniat) cum ea ætate sit, qua nonnulli cum laude iurisconsulti publicè renunciantur? Ipse vidi, qui in deproperato honore triumpharent: neq; non est in hoc palma ingenij: etiam censeo, ne quis ijs inuideat. Frustrè enim fermosissima formosiori succensat: alteri gratuletur: sibi non minus, quæ neque ab elegantia spectatore prætereatur. Non esse tamen accelerandos honores, accepi olim à prudentibus, quibus prorsus assentior, quos si non vitia, quæ sunt adolescentiæ, certè deformat puerilitas. Præcoquum etiam pomum ut plurimum reperies vermiculans: matura sunt gratiora: mature verò etiam quæ fiunt, fiunt omnino rectius & felicius: & alia

maturescunt alijs citius. Id tempus proprius, longin-
quijs, expectemus : neque id, vita modò suppetat,
nos frustrabirur. Vidisti verò etiam filium esse in
vno, & molesto, & spinoso negotio : é quo nisi iam
se extricauerit, in eo nihil deinceps, neq; volet, neq;
poterit. Necessarium illud est, neq; seponendum,
aut differendum. Spinæ enim profecto sunt, in qui-
bus neq; dum rosæ appareant: de regula rationis me-
loqui intelligis. Hac autem cum in sacris disputationi-
onibus opus sit ita , vt theologus ea carere non pos-
sit, siue aduersarius repellendus sit , siue sancta sen-
tentia confirmando , carere in disciplinis , quæ vi-
tam & mores hominum informant, minimè possu-
mus, vt aut aliquid certi statuamus aut ad veritatem
quām proximè collineemus: quod qui negat , aiat
acutissimè videre cæcutientem. Laudo igitur
IOANNEM filium tuum , qui quas dixi spi-
nas , non repudiârit , sed etiamnum contrectet,
profuturas in disciplinis cæteris , vbi non pungent
amplius : sed mirificè iuuabunt , eruntq; certiores
Hermis, qui semitas monstrant transeuntibus. Pas-
sus sum præterea , vt suæ hac in parte diligen-
tiæ apud familiares & æquales specimen ede-
ret . Sic enim ad ipsa magis inflammaretur, &
pro-

92

profundiūs erudiretur. Qui autem ita quamq;
artem , siue scientiam , siue methodum discunt,
vt in ea toti non sint , neque seriō aliquandiū hæ-
reant , vix aliquando radices agunt , vt illæ , siue
quæcunque earum in iustum magnitudinem
arboris excrescant. Quibus tamen; & cuiusmodi,
& quousq;; & quando id genus disputandi , siue v-
tile sit , siue necessarium , nouæ quæstionis est:
neq; hæc ipsa negligenda , quam libenter etiam ad
alios deferam : à quibus me aliquid impetraturum
ob bonum iuuentutis spero. Sin; quòd alijs sua ne-
gotia sunt , alij offendere malint apud neminem ,
quæ ex hominibus doctrina , vsu rerum , & aucto-
ritate præstantibus habeo , suo loco referam:
& si qua præterea addam , rationibus muniam.
Qui autem hanc viam non improbant , obijci-
unt tamen , quod ab omnibus solui minùs po-
test , grauem sumptum fieri , quem plurium
annorum sustinere nemo , nisi fortunatissimus ,
posse videatur. Filio autem tuo facilè con-
sules , quem docemus ab initio luxum detestari ,
& parcè viuere. Hæc namq; ratio vna est ,
qua tenues , itemq; in re mediocri , mirifice
sibi

sibi consulunt. In promptu est & altera. Non enim paucis ipse inueni iuuenibus modestis, eruditis, officij plenis, & consilio instructis, principum aut fortunatiorum filios, quos cum educarent ad virtutem & litteras, ipsi ea consequerentur, quibus primo loco patriæ seruirent, & veram dignitatem sibi compararent. Nam dum simul fiunt compotes, quæ nemini non aliquam partem reip. adeundi cum primis optabilia sunt. Etenim & adsuefcunt laboribus, quorum qui minus patientes sunt, quodcunq; munus ipsi gerant, eos felicitatis naufragium facere, necesse est, & amicos primarios sibi parant, quibus munitum esse quanti referat, testari possunt ingeniosi & præstantes alij, qui patrocinio destituti, vix tandem aliquando emergunt. Artem autem ad opulentiam & potentiam non profiteor: eamq; si sciam, publicandam non censeam. Qui enim ad eas res animum potissimum adiecerunt, sibi quoq; potius viuere, quam saluti publicæ, constituerunt. Cæterum, quod fortasse cum primis expectabas, de hoc non multis agam, quemadmodum versetur in legum studio, quibus nulla res publica, nedum imperialis, ipsum uè imperium, ullo loco aut tempore absque graui incommodo careat. Quando in ijs studijs est, quæ dixi, non abest, ne-

73

que abit à legibus : quas illa siue pariunt , siue nu-
triunt , siue aliqua res blemant : quin ipsa quoque
legum volumina habet in conspectu & in manibus:
non sola , ut nimis multi , qui si quæ præterea tra-
ctent, eò minus pertinent. Non dicam , si aiment , aut
sodalibus operam dent , sed etiam , si arma tractent:
quorum ad primum conniuetur , alterum non im-
probatur , tertium etiam laudi datur. Amplum estil-
lud studium , ut aliquod pelagus , sed nō a deo subtil-
le , quām varium , & tātūm non in sensus cadit , certè
est in actionibus , quas si non prorsus intelligit po-
pulus , non certè penitus ignorant , qui animi bono-
rum notitiæ aut nihil habent , aut perparum. Itaque
ego non nimium eos miror , qui in ijs , quæ sola tra-
ctant , valent plurimūm : quòd propterea quidam
omnium scientiam sibi , & summam dignitatem
arrogant , qua id lege , aut quibus veris rationibus
faciant , non videre me fateor , neutram tamen ijs
ipse derogo. Neq; te cum illis sentire veto : qua in
sententia siue ipse sis , siue non sis , scire te volo ,
Io **A** **N** **N** **E** **M** filium illorum nemine futurum infe-
riorem , tamen æquo animo laturum , si quos opi-
nione haberi superiores velle intelligat. Etenim
non solum in eo est , ut multa nouerit , tum necessa-
ria , tum singularia , sed multò magis , ut cum intelli-

gat vitæ hominum plerasq; rationes, tūm ut vitam
ipse suam rectè informet , quemadmodum nobis
placere intelligit, & nos rectissimè intelligere arbit-
ratur , neq; in hoc omnino fallitur. Commendo
autem meis familiaribus iam inde ab initio sermo-
nis elegantiam , morum puritatem , animi integri-
tatem , & quicquid est officiorum , quæ sibi boni
inter se præstant : quibus prorsus impensiùs stude-
re nemo potest , nisi qui cum siccā vitam colat,
idq; in bonorum quamuis paucorum consuetu-
dine , quòd plurium non æquè tuta semper est ;
tum quæ ad illa ipsa faciunt , quotidie cognoscat è
monumentis veterum, audiat ex peritioribus , de-
niq; apud animum meditetur.

Quod si iam hac lucubratiuncula , neq; tibi,
neque mihi penitus satisfeci , puto tamen te legen-
do iam exsaturatum , vt ipse scribendo defatigatus
sum. Quod ad legum studia attinet , ablegabo
filium tuum ad generum meum D. THEODORVM
ADAMIVM , etiam ad familiarem nostrum Io-
ANNEM CELLARIVM : cum hoc totos dies
conferre æquales solent , ijdem illius consilio vti
queunt, quoties volunt. Quod vltimo loco attigi,
id in sermonibus nostris quotidianum est , siue per-
petuum. Vale. Helinstad. ex academia Iulia Kalend.
Decembris cl. Iacch.

IOANNI, CLARISSIMI VIRI IOANNIS CONSVLIS GOS.

LAR. F. RECCIO S. D.

IOAN. CASELIVS.

QVAM ad parentem tuum, IOANNEM RECCIVM, V. CL. de studio, quod quo ordine & modo, in quibus litteris poneres, lucubratiunculam, superiore hyeme diligenter meditata, scripseras, his diebus relegi, ut nobis vistum fuerat: & inter legendum opus esse animaduerti. Non solum enim hinc inde quædam perperam fuerant descripta, sed & ipse, siue properans, siue intentus simul alijs, quædam non satis dilectide exposueram: nunc dedi operam, ut de singulis satis perspicue loquerer, si minus disertè possem: inò in locum incidi, quem, quòd inde tenebras difficulter remouerem, omnem induxi, quo utri alibi, quando ad eandem considerationem regrediar paratior. Volui esse partim testimonij dictiōnē ad patrem de filio, in quo minimè vellem, neque possem fallere, quòd ille iam tum te viderat, & audierat, de quibusdam sciscitaretur, & ego ipso præsente familiarius ex te quærerem: partim diuinationem, in qua re ne aberrauerim, tibi potissimum cautio adhibenda est. Potes enim, & debes, hoc nostro consilio vti, quando, ut vides, à patre tuo nulla in parte dissentio: mihi gratum feceris, illi obtemperaueris, tibi consulueris. Neq; solum enim honestum locum inuenies, quocunq; te vertes, quod tamen in patria fieri, & nos optemus, neq; tibi quid sit futurum honorificentius, neq; quidquam vestra familia, & ista ciuitate amplissima imperiali dignius. Cum verò ibi sim persecutus vti iusq; sententiam: ad te noua epistola, quæ eòdem eat, opus non est. Potes enim, & vélis eòdem respicere, quoties opus sit: idq; censeo facias, etiam quando nor, opus est: etiam qui iter faciunt, totos dies animaduertunt, ne declinent à via regia: quoties Hermas, aut quæcunq; alia signa in conspectu non habent, quærunt è quibusq; obuijs. Ad hæc igitur tu quoq; identidem respicies, imitatus illud tibi notum ὥνθερόν, τῆς ἀρπέλων; quæras è majoribus, neque minus ex æqualibus, qui idem iter tecum ad eandem scientiæ ciuitatem ingressi sunt: neque nos tantum ipse appellabis, sed te à nobis, tuo bono, appellari, & voles & gaudebis. Causæ multum est, cum videas te pedetentim multum etiam progrederi: quod deprehendes, ut viatores solent, qui, si quos à tergo reliquerint, cum ex intervallo respicientes, eos oculis assequi amplius nequeunt, ipsi progrediuntur, neque expectandos putant, qui in diuerticula

Et heri aut nudiostertius desiderint. Perpetuum tibi esse velim, non cursum
præcipitem, quo cónidas aut desatigēis, sed perpetuam itionem cum uno
alteroq; comitum, ingenio tibi parium, eodem per gentium; vestrum nemo
retardabit alterum: sicut sápè, ut similia studia sint vobis inter vos pro vehicu-
lis. Nostri enim, quod de facundo comite in prouerbium olim abiit. Non ne-
cessē est, ut quæ te facere velim, tibi dicam apertiū. Non sunt facienda intet-
ualla plurium dierum: nec vñus omnium, dum valeas, ignauo otio totus de-
stinandus est: hoc ad multa, siue ad omnia pertinet. Certò namq; venies, quò
voles: & olim omnes officij partes, quascunq; geres, obibis alacriter. In di-
scendo, sciendo, agendo, nobis sunt festi dies: qui alterius generis sint, relin-
quamus populo, eosq; alijs omni etiam studio tueamur. Qui nostri ordinis
secus sentiunt & faciunt, usurpent ~~παρεδαιων~~ nomen, nos rem ipsam serue-
mus: quod maturè tibi faciendum censeo, ut bono euentu sem-
per facias. Vale, Helm. ex academia Iulia XIII.
Kalend. Sext. clo I cix.

Plato vōμενη.

Oportet sanè, inquit, unumquemq; urrumq; æquè simul, omni studio ma-
tureq; agere in quaeruntq; republ: tum quemadmodum nec ipse quis
umquam cuiquam adulterinus videatur, sed simplex verax in omnibus: tum
quemadmodum neq; alijs, qui illiusmodi sit, ipsum in fraudem inducat.

Integritate nil prius ciuii pata:
Qua tutate lo si tamen prudentie.
Sed hanc & illam noverint per oppidum.
Nam tota sic te civitas ultro colet:
Talem nec an sit aggredi uaser dolo,
Nec uulnerare sycophanta moribus.


Ioan. Caselius.

95.

IOAN. CASELI
Ad generosum iuuensem,
LVDOLPHVM KLENCKEN,
EPISTOLA.

Quibus litterarum studiis, quo ordine, qua ratione, quoq; fine, nobili loco natus adolescens animum excolat potissimum.

46.



Clariss^{mo} Dr. D.
Petreus.

HELMAESTADII
in academia Iulia excudebat IACOBVS LVCIFS.

Anno c^{lo}. 1^o. cix.

GENERO SO ADOLE- SCENTI, LVDOLPHO KLEN- CKEN S. D.

Ioannes Caselius.

Quam discedens ex academia Iulia operam à me
tibi præstari volebas, denegare non debui primum
pro ea notitia, quæ mihi cum viro nobilissimo
GEORGIO KLENCKEN patre tuo, ab annis trigin-
ta, & amplius intercedit. Cum enim ille operam daret
præsuli Verdensi, Eberhardo, generosæ Hollæorum familie prin-
cipi, aliquando & ipse in aulam accitus veniebam. Et enim ille & lit-
teris bene eruditus, & de litteris bene mereti cupiens, conferebat
sapientiam cum viris doctis: & quidem hoc familiarius, quod cōstituere
de iuuentutis educatione in animo quædam habebat, ut quoque
prudenter & liberaliter constituit. Ab illius temporis inter patrem
tuum & me, notitia, cum non abesset benevolentia, gradum vtrinq;
fecimus ad amicitiam, qua neutri aliquid eorum quereretur, quæ
vulgò faciunt ad coniunctionem animorum, & consuetudinem cō-
ciliant. Id ita se habere, & ille & ipse magis animaduertimus,
quando hinc ante annos aliquot contagio pestilentie cedens ad pa-
trem tuum veni, qui tum prælidebat prouincie Blanckeburgicæ:
quod tempus tu quoq; recordaris. Recognovimus illic nos, & ali-
qua veterum sermonum parte repetita nouos instituimus. In cæ-
teris ille de educatione filiorum loquebatur libenter, quam præ o-
mnibus rebus sibi curæ habebat, meq; eadem de re respondentem
audiebat cupidè. Interea etiam pædagogus vester illinc ad me ve-
nit, quem de quibusdam monui, cuius consilij, neq; illum, neq; vos
pœnituerit. Erat ceterorum caput, ut in adolescentulis minuta ne
negligeret, inq; ijs vos, non semper quidem teneret, sed bene diu
confirmaret: quin eos soledæ acriter reprehendere, qui vñia in par-
tem contra faciunt & peccant sanè graviter, qui omnia de prope-
rant. Vbi aduenist, in te nihil omnium neglegit animaduerti:
tuos

9 an 48/578/411789 (X)

tuos autem profectus eō magis laudaui, quōd te adolescentulo nī
 hil esset modestius: cumq; comitaretur modestiam, vti plurimq;
 diligentia, omnia de te mihi pollicebar: tibi etiam ostendi vlerō, &
 te mihi placere in omnibus, & quid mihi placeret in hoc spatio litterarum. Namq; & tibi legenda dabam, quæ super ea re in usus plurium meditatus fueram: imo ab alijs meditata & recte decreta acceperam. Quia verò cura alijs eras, mea cura tibi minus opus existimauit: nec pulcrum duxi, de ijs sciscitari, quæ alijs credita viderentur. Ex interuallo competi, te sola sagacitate ingenij tui viam ingredi, quam ipse monstrarem alijs. Hinc igitur occasionem nactus, te collaudaui, sicut & quales sodalesq; tuos solebam: neq; te cœlauit de mutua inter patrem tuum & me benevolentia, de qua & ex ipso audieris. Vellem quæ his diebus flagitasti, ea poposcisses audacter antè, quanquam tibi neq; ipse tu neq; alij, mecum & recte sentientes defuerunt. Namq; in agistros negligentia, & monstratores ineptiarum per te fugiebas, & detestabaris. Quod cum ita sit, neque porrò tibi meo consilio opus est. Quid enim ei consulam, qui nulla in re erret, neq; aberraturus videatur? Sed morem tamen petenti gerere debeo, tum ob eam, quam dixi, causam, tum quod tale aliquid nemini nego, quod à me præstari possit: si minus habeā, quod queritur, ad alios ablego adolescentiam, penes quos esse copiam consilij iudicem. Non enim me unquam puduit fateri meam inscitiam: neq; me ijs mercibus ostentauit, quæ optimæ sine meliores essent apud alios: neq; in hac parte cum mercatoribus facio, qui aliorum probas merces calumniantur, & suas vilissimas prorsusque nihil, prædicant, ut rem faciant hac fallacia, quæ alium damno, alium afficiant iniuria. Forte aliquid suasero, quod ex re sit, & ei, qui ad sacras litteras adspiret, & alteri, quod contendat in forum, sive curiam: & tertius aliquid ex me audiat, quo utatur bono suo. Nam sunt quædam, quorum néminem illorum prorsus exortem esse: sunt alia, quæ me in studijs doctrinæ semper versatum, hac præsertim ætate ignorare neutiquam oportet. Sed qui in talium quocunq; spatio procurrerit aliquo, eum ego deses, siue spectator tantummodo, duci alacriori tradam, & illum huic sedulo commendem, & hunc illi magnopere laudem. Si velis esse totus in sola legum disciplina, tē doctissimorum aliquem, & in omnis generis caussis

exercitatisimorum iurisconsultum audire & sequi iubeam: aut
tradam citra cuiusquam contumeliam, viro pridem mihi carissi-
mo, quem sciam & singulari eruditione præditum (nam philo-
sophia nomen, vti olim, ita hodie suspectum est, & odiosum etiam
multis, qui in populo censeri minimè velint) à puerò versatum in le-
gibus tam docendis, quam discendis, in ferendis sententijs, neque
imperitum caussarum deniq; quod ultimum & primum, virum bo-
num, neq; in vita genere, quod colit, quodq; deserere ob publicū
bonum, neq; velit, neq; debeat, exercere cauponariam. Tu verò,
πλευνάδα, scire vis ex me, quem tamen scire velim, me non esse eū,
qui oracula reddat: neq; si habeam in memoria, reddam Delphi-
ca, sed vel silentium seruem, vel dicam firma atq; certa, vel, uti ante
quoq; dixi, profitear inscitiam meam, ne quem ducam in fallaciā:
nedum is sim, qui verba fundam inania: scire autem vis ex me, quid
in cæptis studijs ciuilibus sequaris, quo cunq; te, siue ad quo cunq;
conferes: quo cunque venies, bonos viros, & tibi amicos istis mo-
ribus inuenies: qui me facile consilio istiusmodi æquent, vel etiam
superent: quorum censeo, sententias & audias & sequaris: neque
non verò ipse, quæ sciscitaris, recte intelligis. Sic tibi quis satis esse
factum dixerit, nihil desideranti omnium, quæ desiderasse videre-
ris. Quando verò meam sententiam, vt amici, expetiuiisti, nihil,
quod in eiusmodi esse soleo facilis, tibi negauit: neq; polliceri aliud
volui, quam quod declinare mihi non licere arbitrarer. Itaque pri-
mum dixi, habere in promptu iam me, quæ ad eam rem facerent: in
cateris recentem lucubrationem, quam his ipsis diebus parauerā-
tui ordinis inueni, Ernesto Steinbergio: eius exemplum ad te mis-
surum: & modò mitto: legeris quædam mea non negligenter
scripta, alia minutiora, quarū alia alijs ex vsu fortasse sint. Sunt au-
tem plura in πολιτευστηρίῳ: multa item in laudatione Κρουσιάδε:
illum videris: & hunc propediem dabo. Ijs omnibus non tam eru-
diēris quam confirmaberis in ea sententia, quam haec tu probas
cum ratione, & constanter retines. Cum enim non esset hic nemo,
qui maximè probanda, & ex optimis selecta improbabet, tu tua spō-
te delegisti vnum atque alterum, quibus vterere, ne sine duce er-
rares, & delibasti de omnibus ingenij epulis lautissimis non vulga-
ria. Frequentatis auditorijs publicis, ne qua mora tibi iniiceretur
in

97

in consuetudinem Nicolai Granij, hospitis doctissimi, qui ē Succia
vsq; propter philosophiam ad nos venisset, te contulisti, vt primū
de exquisitis litteris, & humanitate viri comperisti. De regula ve-
ritatis primum fuit vestrū studium, quam illo docente acciperes,
& ingenium tuum exercente, in omnibus disciplinis usurpares. Tali
magistro tibi opus fuit, ne tricis omnia nouantium & opinionibus
scholas, animos adolescentum persuasione sapientiae imbucentium,
implicatus, perpetuò hærereres in dubitationum fluctibus. Hæc au-
tem non est regula Lesbia, quam applicabant saxis: sed, vt disertius
loquar, hic lapis Lydius est, cuius beneficio aurum adulterinum
discernitur à genuino. De hoc mentis organo præclarè sentire
fas est, & quis verba magnificè meritò faciat: neq; non & à me id
factum fuit alicubi. Porrò, cum in rebus humanis & scriptoribus o-
mnis generis non posse quē certi aliquid cognoscere, animaduer-
teres, nisi cui faces prælucerent ē musatum promptuario; ex eodē
accipiebas mathematica, astronomica, geographicā principia:
quæ qui percepit, fieri non potest, quin & plura nosse desideret:
neq; est hæc mēdosa, sed nativa potus saluberrimi sitis. De illis igit-
tur & de his meo tibi consilio non opus est: neq; tamen non possum
non collaudare animi tui propositum: quo pæsto siue te magis con-
firmauero, siue inflammauero. Neutro verò etiam horum opus esse
arbitrer. Neque enim à te discedas, neque ullum scientiæ genus
audieris, quod persequi & nosse non desideres. Sed quia nihil ra-
rius, quam vt unus quamvis diuino ingenio, & indefessis animi vi-
ribus, cognoscat omnia, secundum est, pleraque cognoscere, &
cum primis necessaria, & tibi potissimum conuenientia. Rectè
igitur adolescens, quæ ad mores & vitam, & ad rem pub. spectant,
in manibus habes, siue eodem præceptore cognouisti: quod cum
vobis crederem, vidi ex eo libello, quem tibi, vt manuductionem
præscripsit, eo consilio, vt ē carceribus egressus, omnem cursum a-
lacrius, & facilius conficeres. In hoc igitur eris, vt ex ipsis fonti-
bus, cùm alia, tum hæc haurias. Hoc autem fortè alterum est, in
quo à non nullis dissentio: (est autem primum, vt nugas missas
faciamus) qui contenti quibusdam, relinquenda censem alijs cæ-
tera, & sine mora festinandum ad utilia, utilium nomine non nisi
priuatim quæstuosa significantes. Contrà ipse sentio: solida esse

discenda, quoad queas ipsa assequi. Nec enim scire videatur is, qui
quasi canis è Nilo bibens aufugerit. Neque ignoro quibus auctor
esse debeā cognoscendā scientiā: nempe & modestis & ingeniosis.
Nam quibus mentis parum est, eos frustra instiges: & petulantēs
indignos animi primis dotibus censeas, noxā potius olim futuros
reipub. quām vñsi ad salutem. Namque hoc tertium est, quod nemī
ni non oī cino, & mihi propositum hābeo, & fortunatis inculco, vt
referant ad patriā bonum omnia: tenuioribus hoc primo loco i-
tem faciendum: secundo qui suis rebus consulat, neque hic ab of-
ficio digrediatur. Quæ cum in altera epistola dixerim plenius, non
est, vt hūc eadem transcribam denuo. Quando in his mecum senti-
ea quæ recens tractasti, pertracta, præsertim cum sermonem Musa-
rum vtrumque pulcrè calleas, quorum altero vñsi sunt, qui optima
& verissima monumentis litterarum persecuti sunt. Post poëtam
autem, quem pridem didiceris, disciplinæ Græcæ cupidus, quin
philosophum legas, neq; dubito, & vt in eo sedulo perseueres, mo-
neeo. Neque sententiam, neque dictionem absque considerati-
ōne legendam censeo, non solum vt mentem primi doctrinæ prin-
cipium probè assequaris, sed quocunque loco, quum opus sit me-
mineris, non vt verba referas, sed tanquam è regio thesauro quod
quantumque opus sit, de promas. De ijs igitur hactenus, quæ ad vi-
tam priuatam, & vtriusque generis consilia pertinent, vt illa pura
fint & integra, hæc sana & salutaria, satis monui. Ceterum Musæ
cum puræ elegantesque sint, & sibi in societatem etiam adsciscant
Gratias, tu verò tam harum cultum, quām illarum secteris, fugis &
detestaris in omnibus rebus quicquid est sordidum, potissimum in
oratione, quæ menti humanæ anciliatur, vt fida interpres, & ad
plures internuntia. Non decet nobilem matronam famula sordida
& pannosa, neque supra conditionem elata aut salax, sed pura
tamen & expedita. Recte etiam ridetur sermo incultus, humiliis,
perplexus, affectatus. Neq; tamen est magni negotij eiusmodi vitia
fugere ingenioso, si quis de ijs monitus, parere, quām sibi indulge-
re malit. In hac etiam parte te laudo, qui cum eos legeris, & quoti-
die legas, qui eleganter omnia, inquitatè nihil, scripserint, loque-
ris & ipse propriè, purè, hoc est latinè: quas item virtutes non in-
juria in vernaculo sermone exmulamur. Cum autem de eloquentia
quoque

98


quoque cogitares, qua in regijs & amplis ciuitatibus opus esse intellegimus, recte super ea re consulisti Ioannem Potinium. Feliciter autem illum adjisti, qui cum & linguarum quotquot sunt academicæ, cognitione & ingenuis disciplinis abundè sit instructus, artem dicendi cum laude docet publicè. Ex re ipsa vidisti, quemadmodum omnia in promptu habeat, de quibus quounque tempore arbitratu tuo, ex ipso fueris sciscitatus. Is nihil omnium te celeruit, etiam, vti aiebat exposuit tibi, quibus à lacunis titones deterre, à quibus tu quoque abhorueris, & contra ad lympidos perennesque fontes eloquentia deducere censuerimus. Et verò hac de causa, & quia leges meam de ciuili eloquentia lucubratiunculam, sum hac in parte brevior. Summa hæc est, tibi pridem cognita: primùm magna vno fasciculo præmittentium pollicitationes esse meras inanias, quas non inepte cum bullis leui de causa in aquis erumpentium compares, euangelientium autem subito: quin ad telam & colum sedentium plerasque aniculas aut puellas disertiores dixeris, quam illius generis, siue discipulos siue magistros. Nec alterum tibi excidat e memoria qui sint, qui omnia complexi sint, quæ præceptis comprehendendi potuerint, quique optimè omnium scriplerint: neutros hac iuventa tibi deponendos è manibus. Hæc ego nobili, ingenioso, fortunato adolescenti consulam, si quis mei consilij egere se existimet. Vnum adijcam, ne quod non dicam, dissuasile silentio videar. Iubeo igitur hoc quoque, in quo te esse scio, & magis aliquot etiam annis futurum, non dubito: totumque adeo, sic tamen, vt eorum in quibus hodie es, nihil negligas, ne id quidem, quod sit aliquando tibi seponendum, iurisconsultorum auditori. Etsi enim ad canicularum forentium tractationem te non translitorum scio: tamen legibus tibi opus est, siue sententiam dicas in senatu, siue seras in iudicio forenzi, siue legatione fungaris. In horum enim aliquo, quoad vires, tui, & quidem magnus, vsus erit. Neque enim, quæ colis studia ea colas, vti Aspendius citharœ. us, qui sibi tantum canebat, sed in vsus primos patria. In his omnibus desudabis hac florente aetate tua, vti à puerō facis, siccus ipse, & semper sobrius, quemadmodum de te verè prædicat Granius. Neque enim me fugit, hoc ita se habere, qui non nisi tui similiūm coniactudine semper apud nos vsus fueris. Cum antem

vires

vires ingenij tibi sint, quantis omnino opus est in hoc cursu, illas
quidem exercebis quam maximè, sed neque valetudinis interea ra-
tionem negliges, qua etsi tenui non es, tamen de ea augenda co-
gitandum memineris: atque hoc vnum est à me tibi consilium ne-
cessariorum: quo uti non dubitabis, vt, & quæ hodie agis, agas re-
ctius, & ex aliquo interuallo generosi ciuis, καὶ τωλιτης ἀνδρος
omnes partes iusto ætatis tempore expreas. Vale Helm.

ex ac Iul. X V. Kal. Octob.

cIc. Ic cIIx.




98



VITUPERATIO
PHILOSOPHIAE
ex Gorgia Platonis.


*Neoptolemus apud Ennium.
Philosophandum est paucis. Nam omnino,
non placet.*

rr.



Rostochij Typis Myliandrinis.
ANNO
M. D. LXXXVII.

Socrates apud Platonem in Gorgia, sophistarum principes, primum ipsum Gorgiam, deinde Polum, in disputatione in extremas angustias coegerat, ut neq; suas opiniones tueri possent, & sententijs Socratis nolentes volentes assentirentur. Id Callicles agerrime ferens, suam opinionem, quam vis falsam, exponit, & simul inuectus in Socratem, tandem etiam ipsam philosophiam vituperat.



10 an 48/73/11789 (X).

Jan


 Ιλοσσφίαν γέρε τοι ἐστίν, ὡς Σάκεραπτε, χά-
 ειν, ἀν θεού μετεῖνως ἀψηταὶ σὺ τῇ ή-
 λικίᾳ: ἐὰν δὲ περιπτέρω θέδεονται σὺν Αἰγα-
 ιψῃ, Θεοφόροι ταῦτα ἀνθρώπων. ἐὰν γὰρ
 πάντας εὐφυῆς ἦ, καὶ πόρων τῆς ἡλικίας Φιλοσσφῆ, ἀνάγ-
 κη πάντων ἀπειρον γεγονέναι ἐστίν, ὡν γεγένη ἔμπειρον εἴναι
 τὸν μέλλοντα καθὸν καρποῖσιν καὶ εὐδόκιμον ἔσεσθαι ἄν-
 ορα. καὶ γὰρ ταῦτα νόμων ἀπειροι γίγνονται ταῦτα κατὰ τὰς
 πόλιν, καὶ ταῦτα λόγων, οἷς δεῖ γεγάμενον ὅμιλον ἐν τοῖς
 Συμβολαῖσις τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ιδία, καὶ δημοσία, πὴ
 ταῦτα ἥδοντα ταῦτα Πειθομίῶν ταῦτα ἀνθρωπεῖων, καὶ συλ-
 λήφειδιν ταῦτα ἥθεν πατέπισσον ἀπειροι γίγνονται. Πειδαν
 αὐτὸν ἐλθωσιν εἰς παταῖδιαν ἡ πολιτικὴ πεῖσαι, καταγέ-
 λασσοι γίγνονται. ὁστεροὶ γε, οἵμοι, οἱ πολιτικοὶ, Πειδαν
 αὐτὸν εἰς τὰς ὑμετέρας Αἰσχετεῖδας ἐλθωσι καὶ τοῦ λόγου
 πεπαγέλασσοι εἰσι. συμβαίνει γὰρ τὸ τέλος Εὐερπίδον, λαμ-
 πεῖσι τε ἐστίν ἔκαστοι σύ τούτῳ,

καὶ πλι τοῦτο Πείσηται,

Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος.

IV' αὐτὸς ἀντέ τυγχάνει βέλπις. ὥν.

ὅπου δή ἀν Φαῦλο. ἦ, ὃντεῦθει φεύγει, καὶ λοιδορεῖ τού-
 τῳ. τὸ δή ἔπειρον Πταινεῖ, εὔνοια τῇ ἑαυτῷ, ἱζούμενος
 σύτας αὐτὸς ἑαυτὸν Πταινεῖν. ἀλλ' οἵμοι, τὸ δρεπότετόν ἐ-
 στιν, ἀμφοτέρων μεταχεῖν. Φιλοσσφίας μοι, οσσον παρδεῖας
 χάριν

χάριν, καλὸν μετέχειν, καὶ σὸν αἰχρὸν μετρακίῳ ὅντι
Φιλοσοφῶν Ἀπειδὴν δὲ ἡδη πρεσβύτερον ἄνθρωπον,
ἢ π. Φιλοσοφῇ, καπαγέλασον, ὡς Σάκρους, τὸ γέρυκον γί-
γνεται. καὶ ἔγωγε ὁμοιότετον πάρκω τεσσερὶς σὺν Φιλοσ-
φοῦτας, ὥσπερ τεσσερὶς σὺν ψελλιζόμενοις καὶ παῖσοντας.
ὅταν μὲν γὰρ παιδίον ἴδω, καὶ ἐπι τεσσερίς Αἰγαλέοντος γ-
τα ψελλιζόμενον καὶ παῖδον, χαίρω τε, καὶ χάρει μοι
Φαίνεται καὶ ἐλεύθερον, καὶ πρέπει τῇ τε ταῖς μοι
πίσταις ὅπεν δὲ Σαφῶς Αἰγαλεογομοσίου παιδαρίου ἀκούσω,
πηρὸν οὐ μοι δοκεῖ γέρυκος εἶναι, καὶ ἀνιᾶ μου τὰ ὄπα,
καὶ μοι δοκεῖ δουλοπρεπές οὐ εἶναι· ὅπεν δὲ ἀνδρὸς ἀκεύ-
ση οἱς ψελλιζόμενοι, ηπειρούσει δρᾶ, καπαγέλασον Φαί-
νεται καὶ ἀνανθρόν, καὶ ταληγῶν ἄξιον. ταῦταν οὐν ἔγωγε τε-
τρο πάρκω καὶ τεσσερὶς σὺν Φιλοσοφοῦτας. παρὰ νέῳ μὲν
γὰρ μετρακίῳ ὁρῶν Φιλοσοφίαν, ἀγαμον, καὶ πρέπειν μοι
δοκεῖ, καὶ ἡγούμενοι ἐλεύθερον οὐνα εἶναι τοῦτον τὸν ἄνθρω-
πον. τὸν δὲ μὴ Φιλοσοφοῦτε, ἀνελεύθερον, καὶ σόδεπο-
τε σόδενος ἀξιώσοντε εἴσατὸν οὔτε καλοῦ, οὔτε γῆμανον
